GVILLIELMI

APVLIENSIS

RERVM IN ITALIA AC REGNO NEAPOLITANO Normanicarum.

LIBRI QVINQVE.

BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE VITTORIO EMANUELE



ROTHOMAGI,

Apud Martinum le Meſgiſſier, & Thomam Mallard.

M. D. LXXXII.

Digitized by Google

THOMÆ FASELI SICVLI DE
Normanis in Sicilia Judicium.

Siculi quòd in patrio ſolo ſunt, quòd liberi ſunt, quòd omnes hodie Chriſtiani ſunt, ingenue Normanis acceptum ferunt.

Digitized by Google

NOBILISS. AC DOCTISS.

Lodoico Balliolo Lonleij ac Syl-leij Cenobiarchæ digniſſ.

Ioannes Tiremæus Hautenoeus fiſci in Prouincia Rothomagenſi Patronus.

S.

QVùm ante annos aliquot, nobiliſſ. Balliole, Argentona reuerterer, quò per anniuerſarium nobis iuſtitium, optimi parentis mei viſendi cauſſa iueram: in itinere religioſa Becoheluini Cœnobij domus hoſpitio me libenter inuitauit, & liberaliter accepit. Ibi ego cùm & hominũ mores locique amœnitatem ac ſplendorem admirarer, tandem in ſermonem de Bibliotheca incidi. In eam introductus concepi (vt eſt ex reliquiis coniectu facile) olim, dum meliora fuerunt tempora, bonorum omnis generis librorum receptaculum fuiſſe. Tanti itaque theſauri reliquias dum curioſius pro tempore perluſtrarẽ, oculos tandem conieci in mi-

feras aliquot male compactas vixque cohærentes ſchædas, quas iandudum puluis tineæque flagelabāt. Huius iacturæ miſertus manum libens porrexi, & iacentes ab inerti ac plane funeſto veterno excitaui: Squalore tandem deterſo, dum quid illæ cōtinerent inſpexi cupidiùs, inueni inter alia quæ vix præ vetuſtate legi poterant, Guillielmi cuiuſdam Appulienſis hiſtoricum poëma de rebus à Roberto Guiſcardo fortiſſimo Normannorum duce, in Sicilia, Appulia & Calabria, geſtis. Illud præter quàm quod ipſe nuſquam videram, & à paucis lectum hactenus autviſum exiſtimabam, duo maximè perſcrutari coegerunt. Primum, patrię communis amor, cuius laus, ſplēdor, & antiqua virtus quacunque eluceat, me, quod maxime debet, in primis & ſine ſatietate delectat: Alterum quod intelligerem maiores noſtros viros fortes ac magnanimos in diffundenda per hunc terrarum orbem nominis ſui gloria, auctores maluiſſe ſemper quàm ſcriptores eſſe rerum, & inde effectum vt illorum.

Paulum ſepultæ diſtat inertiæ
Celata virtus.

Idcirco nefas eſſe iudicabam homini qui ſe totum Reipubl. aut patriæ natum putaret, qualiacunque etiam ab exteris de laude gentis illuſtriſſ. ac belicoſſ. ſcripta eſſent, diutius in tenebris pati latere. Quamobrem cùm veteres illas ſchædas à religioſis hoſpitibus vtendas ad tempus accepiſſem, poëma

quod

quod in eis erat, totum à carceribus, vt dicitur, ad calcem intentis quàm maxime potui oculis animóque decurri. Nec eo contentus tranſcribendum quoque diligenter curaui, quò faciliùs poſſem cum amicis quibuſdam meis eruditis, ac ſinceri ſubtiliſque iudicij viris communicare. Horum verò non aliud atq; meum, ſed idem omnino iudicium fuit: in tanta ſcriptorum paucitate qui aliquam rerum geſtarum Normanæ gentis memoriam ſcribendo ſunt complexi, è noſtris reperiri neminem, qui hanc Guiſchardi præſtantiſſ. ducis hyſtoriam literis illuſtrarit: ex aliis extraneis, perpaucos quidem: Sed qui ſpeciatim vel carmine ſcripſerit, quiue planiùs aut veriùs quàm Guillielmus hic Appulienſis, non item: Erat enim eorum tẽporum quorum hyſtoriam contexit æqualis, & rerum, quod ei auctoritatem adfert & fidem, magna ex parte teſtis occulatus. Neque verò inficiabor amicos mecum, pro eo quo erga patriam affecti ſumus amore deſideraſſe in hoc opere clariſſima illa duo cuiuſlibet ſcripti lumina, quibus in primis delectantur aures, ſermonis elegantiam ſuauitatémque compoſitionis. Duriora enim multa & (ita dicam) abiectiora viſa ſunt, id eſt quorum humilitate deprimatur rerum dignitas, potiùs quàm ex merito & dignè exprimatur: Ita vt fortè non immerito obiici poſſit, quod olim poëta illis——

Carmine qui fœdo
Splendida facta linunt.

Sed nec id impedimento cẽſuimus eſſe debere, quominus deſertus hic à tot iam ſeculis Appulienſis & lucem & patrocinium mereretur. Cum præſertim, ſi carminis aut linguæ latinæ ſumma proprietas & ornatus illi defuerint, non hominis, ſed inculti in quo vixit ſeculi culpam fuiſſe, quiuis æquus harum rerum æſtimator facile iudicauerit. Conſtituẽti itaque mihi, de doctorum hominum ſententia, extraneo huic, ſed inſigni Normanæ virtutis præconi & lucem & meritam libertatem conferre: operæ pretium viſum eſt te vnum è noſtris eligere, Nobiliſſime Balliole, cuius fœliciſſ. auſpicio nominis liber iſte tandem ex diuturnis tenebris erutus in publicum prodiret, perpetuoque patrocinio defenderetur. Nec vereor, vt ſanæ mentis quiſquam temere id a me, aut parũ conſideratè factum arguat: Quin ita potius auctorem ipſum ſi viueret facturum exiſtimo: & ſi aliter ego feciſſem, infeſtos illius manes habiturum me fuiſſe nequaquam dubito. Enimuero cùm tot Nobiliſſ. ac Illuſtriſſ. Normanni hominis victorias, trophæa, reſque variis olim in locis bene geſtas externus homo latino carmine deſcribat: Cui mortalium, obſecro, totum id quicquid eſt operis, rectius inſcribi, donari, dedicari poſſet, quàm tibi? Nam & ipſe Normanus es, & ea generis vetuſtate & gẽtilium nobilitate excellis, quæ non modo laudis & glorię Guiſcardo ſocios non ſecundarios dedit: ſed & Scothis Io. Balliolum fortiſſ. regem & Edoüardum illius filium

Io. Balliolus Scothis Imperare cœpit

Philippo valeſio Francorum regi ſororium procreauit. Ad hæc ita præclaris animi dotibus emines, vt hoc noſtro ſeculo neque in omni bonarum literarum genere, neque virtutis aut ſapiétiæ gloria ſecundus cuiquam videaris. Sed de aliorum iudicio ſuſque deque: modo tibi vni meum hoc conſilium probari ſentiam: quod quin libétiſſime comprobes non dubium eſt. Accipe igitur, pro tuo ſummo aduerſus literas & literatos amore, renaſcétem hunc opera mea veterem Normanæ nobilitatis clientem, eumque contra omnes virtutis hoſtes ac laudis maiorum noſtrorum inuidos, tuo patrocinio, quod abs te petit, tuêre. Quod reliquum eſt, velim tibi ſic perſuadeas quicquid à nobis eſt laboris & operæ ad huius libri emendationem & ex nottis quas addidimus explicationem collatum, totum id quoque donec meliora poſſimus, in eam partem tibi dari, vt & tuæ veteris in me beneuolentiæ, & grati mei animi, ſingulariſque in te obſeruantiæ quaſi pignus ſit, & perpetuum apud omnes teſtimonium. Vale.

anno 1293. & eorum 96, Rex fuit Edouardo Io. Ballioli ſcotorum regis filio Ioãna Philippi Valeſij Frãcorum regis ſoror ſponſa fuit.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

Si non tam Aonias ſapiant hęc carmina Muſas
Quàm quæ Mæonides Virgilius-ve ſonet,
At non hîc Orci nugas, non pocula Circes,
Cyclopa, Harpyias, monſtra nec vlla legis.
Gracula veridicus non curat ſomnia Phębus,
Nec faciem fuco Muſa pudica linit.
Vatem, lector, habes, policia Platonica qualem,
Immo Chriſticolûm lex pia, non abigat.
Qui certaque fide, nec Muſæ expertibus omnis
Verſibus, ætatis rettulit acta ſuæ.
Res propriis viſas oculis, terrâ inquê paterna,
Armis, conſiliis & pietate pares.
Fortia Normanæ cognoſces pectora gentis
Quæ Gallo Italiam venit ab Oceano,
Non profuga, aut ſuperata domi, ſed laudis amatrix
Bellicę, & innumero ſedis egens populo.
Ergò legi, ſi non tanquam optimus iſte poëta,
Optimus at certè debet vt hiſtoricus.

I. D.

GVILLIELMI

APPVLIENSIS RERVM IN ITALIA AC REGNO Neapolitano Normanicarum.

LIBER PRIMVS.

GESTA ducum veterum veteres cecinere poëtæ.
Aggrediar vates nouus, edere geſta nouorum:
Dicere fert animus, quo gens Normanica ductu
Venerit Italiam: fuerit quæ cauſa morandi,
Quoſue ſecuta duces Latij ſit adepta triumphum.
Parce tuo vati pro viribus alta canenti,
Clara Rogere ducis Rodberti dignaq; proles,
Imperio cuius parere parata voluntas
Me facit audacem: quia vires quas labor artis
Ingeniumq; negat, deuotio pura miniſtrat.
Vrban' II. PP. vixit anno ſalutis 1088. iiſ- Et patris Vrbani reuerenda petitio, ſegnem
Eſſe vetat: quia plus timeo peccare negando,
Tanti Pontificis quàm iuſſa benigna ſequendo.

déq; tẽporib' regnabat Rogerius, Robe. Guiſchar. Apuliç ducis filius.

Poſtquam complacuit regi mutare potenti
Tempora cum regnis, vt Græcis Appula tellus
Iam poſſeſſa diu non amplius incoleretur:
Gens Normannorum feritate inſignis equeſtri
Intrat, & expulſis latio dominatur Achiuis.
Hos quando ventus quem lingua ſoli genialis
North vocat, aduexit boreas regionis ad oras
A qua digreſſi fines petiere Latinos:

Volaterranus, lib. 3. Geog. ſcribit Rober. Guiſch. expuliſſe Sicilia ſaracænos qui anno ſalut. 914. Apuliam Calabriã Neap. & Garganum montem occupauerant.

Et man eſt apud hos, homo quod perhibetur apud nos
Normanni dicuntur, id eſt homines boreales:
Horum nonnulli Gargani culmina montis
Conſcendere: tibi Michael Archangele voti
Debita ſoluentes. Ibi quendam conſpicientes
More virum Græco veſtitum nomine Melum:
Exulis ignotam veſtem capitiq; ligato
Inſolitos Mythræ mirantur adeſſe rotatus.
Hunc dum cõſpiciunt, quis, & vnde ſit ipſe, requirunt
Se Longobardum natu ciuemque fuiſſe
Ingenuum Bari, patrijs reſpondit at eſſe.
Finibus extorrem græca feritate coactum,
Exilio cuius dum Galli compaterentur,

Gargans mons Apuliæ mare Hadriaticum. Meles legitur apud Th. Fazel. posterio. Decad. l. 6. cap.

Anno ſalutis, 1018.

Quam facilem reditum ſi vos velletis haberem,
Nos aliquot veſtra de gente iuuantibus inquit.
Teſtabatur enim cito Græcos eſſe fugandos
Auxilijs horum, facili comitante labore:
Illi donandum patriæ munimine gentis
Hunc celeri ſpondent vbi forte redire licebit.
Ad fines igitur poſtquam rediere paternos

Cæperunt

Cœperunt animos mox ſolicitare ſuorum
Italiam ſecum peterent: narratur & illis
Appula fertilitas, ignauiaque inſita genti.
Sola quibus peragi poſſit via ferre monentur,
Ductor ibi prudens promittitur inueniendus:
Quo duce de Græcis facilis victoria fiat.
Arrectis igitur multorum mentibus ire
Pars parat, exiguæ vel opes aderant quia nullæ,
Pars quia de magnis maiora ſubiere volebant:
" *Eſt acquirendi ſimul omnibus vna libido.*
Aggrediuntur iter, ſumptis quæ cuique videtur
Ferre neceſſe viam pro viribus ad peragendam.
Poſtquam gens Romam Normannica tranſit inermis,
Feſſa labore viæ Campanis ſubſtitit oris.
Fama volat latio Normannos applicuiſſe.
Melus vt Italiam Gallos cognouit adiſſe,
Ocyus acceſſit, dedit arma carentibus armis:
Armatos ſecum comites properare coegit.
Hactenus inſolitas hac tempeſtate Latini
Innumeras cecidiſſe niues, mirantur, & harum
Caſibus extinctę pleręq; fuere ferarum:
Nec fuit arboribus fas inde reſurgere lapſis.
Huius portenti poſt viſum, vere ſequenti
Emptis Normannos Campanis partibus armis
Inuadenda furens loca duxit ad Appula Melus.
Hunc habuere ducem ſibi gens Normannica primum
Partibus Italię, Gallos tremit Appulus omnis

Scribebatur in margine Græcis, quæ lectio forte verior eſt.

Quorum præualido multi periere rigore.
Turnicij tandem rumor peruenit ad aures
Qui Catapan fuerat Græcorum miſſus ab vrbe
Cui Conſtantinus nomen dedit editor vrbis,
Et Conſtantinus, pariterque Baſilius illi
Tunc dominabantur. Gallos veniſſe feroces
Conductu Meli, qui factus vtrique rebellis
Appula Normannos loca depopulanda monebat.
His ita Turnicio fama referente relatis,
Agmina Græcorum properè direxit in hoſtes.
Non etenim per ſe certamina prima parauit,
Sed per legatum cognomen cui Pacianus
Et Leo nomen erat, qui iuxta fluminis vndam Leo P. cianus.
Nomine Fertorij (locus eſt & Arenula dictus) Arena, Fl uius eſt i meri io- nali Sicil latere u dict⁹. quo ad fauc circumia- centes a bas tene arenas. T. Fazell. lib.6.c.4. deca. prio ris.
Deduxit ſecum multos ad bella Pelaſgos:
Maij menſis erant aptiſſima tempora marti,
Hoc ad bella ſolent procedere tempore reges,
Fortunàque pati primo pugnatur vtrinque.
Auctis militibus comites fuit inde ſequutus
Turnicius. *Turnicius, ſed terga dedit, victuſque receſſit.*
Conflictu belli Pacianus corruit huius.
Normannis auget validas victoria vires
Expertis Græcos nullius roboris eſſe,
Quos non audaces, ſed cognouere fugaces:
Imperij fama inſinuat rectoribus atua
Appula Normannos Melo duce depopulari.
Hunc, his auditis, ſibi curia iudicat hoſtem
Si capitur, capitis fieri cæſura iubetur

Multa

Digitized by Google

Baſilius Conſtáti-nopolitan⁹ imper. regna recepit anno ſalutis 977.

Carapan apud Græcos generalis totius Exercitus præfectus.

Aufidus Flumius in Apulia Italis Lofāto.

Sigonius hūc Bubaganū vocat qui Baſilij Imperatoris Catapanus erat.

Multa Gręcorum cum gente Baſilius ire
Iuſſus in hunc audax anno mouet arma ſequenti:
Cui Catapan facto cognomen erat Bagianus
Quod Catapan Graci, nos iuxta dicimus omne:
Quiſquis apud Danaos vice fungitur huius honoris,
Diſpoſitor populi parat omne, quod expedit illi,
Et iuxta quod cuique dari decet, omne miniſtrat.
Vicinus Cannis qua defluit Aufidus amnis,
Circiter Octobris pugnatur vtrinque Calendas:
Cum modica non gente valens obſiſtere Melus,
Terga dedit magna ſpoliatus parte ſuorum:
Et puduit victum patria tellure morari,
Samnites adiit ſuperatus ibique moratur.
Poſt Alemanorum petiit ſuffragia regis
Henrici, ſolito placidus qui more precantem
Suſcipit, auxilio promittens dona propinqui.
At Melus regredi pręuentus morte nequiuit,
Henricus ſepelit rex hunc vt regius eſt mos:
Funeris exequias comitatus aduſque ſepulchrum,
Carmine regali tumulum decorauit humati.
Deffuncto Melo, cuius ſuffragia Galli
Affore ſperabant: ſpe tota deficientes
Campanæ moeſti redeunt regionis ad oras:
Atque locis nullis figunt tentoria certis.
Perterrebat eos plębs paucificata ſuorum,
Viribus & validis circunſtans plurimus hoſtis.
Quare nullus eis tutus locus eſſe videtur,
Montibus interdum, nunc vallibus inde remotis.

Hēricus I. Rex& Imperator. 39.

Sed cum iam nullum ſperarent poſſe parari
,, Auxilium, victis incommoda quippe videntur
,, Omnia: victores fors creditur ipſa iuuare.
Cumq; vagi, inſtabiles, iam per loca multa vagantes,
Nullis ſede locis poſſent inſiſtere certa:
Conſilium tandem dat rixa propinqua morandi:
Nam Langobardo norant cui robur adeſſe
Maius, adhęrebant, aderantque fideliter eius
Auxilijs: huius quo per famulamina tuti
A reliquis fierent, & eorum nacta ſecundos
Succeſſus belli clareſcere fama valeret.
Hac ratione loco metantur caſtra decenti,
Qui limphis, herbis, ſimularboribuſq; redundans
Omne miniſtrabat, populo quod habere neceſſe eſt.
Egregium quendam mox elegere ſuorum
Rannulfus Normánorum dux primus. *Nomine Rannulfum, qui princeps agminis, eſſet*
Cuius mandatis fas contradicere non ſit.
Cumq; locum ſedis primę munire pararent,
Vndique denſa palus, necnon & multa coaxans
Copia ranarum prohibet munimina ſedis.
Haud procul, inde ſuis alium ſtationibus aptum
Inuenere locum, quem nullo dante iuuamen
Cultorum patrię, pro ſe munire tuendis
Conantur ſic ſe, facto munimine cuidam:
Qui princeps Capuanus erat, coniungere gaudent.
Principibus Latij prior atq; potentior ipſe
Tunc erat, affines properant hoc principe tuti
Deuaſtare locos, hoſteſq; viriliter angunt.

Sed

,, *Sed quia mundanę mentis meditamina prona*
,, *Sunt ad auaritiam vincitque pecunia paſſim,*
Nunc hoc nunc illo contempto, plus tribuenti
Semper adhęrebant, ſeruire libentius illi
Omnes gaudebant, a quo plus accipiebant:
Bella magis populi quam fœdera pacis amantes,
Seruitijq; vices pro viribus & ratione
Temporis expendunt, plus dantem pluris habebant.
Illis principibus dominandi magna libido
Bella miniſtrabat: vult quiſque potentior eſſe:
,, *Alter & alterius molitur iura ſubire*
Procedunt lites hoc fomite, prelia, mortes,
,, *Inter mortales ideo mala plurima creſcunt.*
,, *Heu miſeri, mundo quicquid conantur inane eſt.*
Innumeros vana paſſi pro laude labores.
Plus cruciabuntur poſtquam mundana relinquent.
Nunquam Normannis, ne pœna rediret in ipſos
Longobardorum placuit victoria prorſus.
Funditus euerti diſcordem quemque vetabat
Nunc fauor additus his, & nunc fauor additis illis:
Decipit Auſonios prudentia Gallica, nullum
Plena lance capi permittit ab hoſte triumphum.
Sic deſperatos Latij diſcordia Gallos,
Ad ſpem quę fuerat prius extirpata, reformat:
Et vires & opes augmentum ſic capiebant.
Si vicinorum quis pernitioſus ad illos
Confugiebat, eum gratanter ſuſcipiebant:
Moribus, & lingua quoſcunq; venire videbant

Informant propria, gens efficiatur vt vna.
Poſt annos aliquot, Gallorum exercitus vrbem
Auerſa vrbs inter Neapolim & Capuam poſita. *Condidit Auerſam Rannulfo conſule tutus.*
Hic opibus plenus locus, vtilis eſt & amœnus:
Non ſata, non fructus, non prata, arbuſtaq; deſunt.
Nullus in orbe locus iucundior: hunc generoſi
Conſulis elegit prudentia pręmemorati.
Huius pręclara proceſſit ſtirpe Richardus: Rich.
Qui poſt ſucceſſit, quo non animoſior vllus:
Nemo magis largus, qui non virtute minorem
Iordanem genuit: Iordanis & inde Richardum. Lorda Rich.
Iamq; viro vires condignas fert adoleſcens:
Mœnibus Auerſa Rannulfus ab vrbe peractis,
Ad patriam miſit legatos qui properare
Normannos facerent, & quam ſit amœna referrent
Appula fertilitas, inopes fore mox opulentos,
Diuitibus, multo plus polliceantur habendum:
Talibus auditis, & egentes, & locupletes
Adueniunt multi, properat quo faſche leuetur
Paupertatis inops, ac quęrat vt optima diues.
Interea multo decurſo tempore, nullus
Partibus auſoniis Gallorum terror habetur
Ex quo Normannos Catapan abſcedere fecit,
Imperij Melum ſuperando Baſilius hoſtem.
Hardoinꝰ Lõgobardꝰ Normanos ducit qui cum in expeditio- *Auerſam ſubito venit Hardoinus, & illum*
Pluribus adductis ſecum, tremit Appulus omnis.
Is Lombardus erat Gręcoſque fugare volebat.
Cur inimicus eis, cur Gallos duxerit, edam.

Dum

Digitized by Google

ne ſaracenum quendã proſtrauiſſet & equo quem ſibi pugnãdo quæſuierat ſpoliatus Iniuriç vlciſcendæ cupidus conſilium eripiẽdæ Græcis Apuliæ cœpit.

Regina vrbs cuius olim ingẽs fuit potentia, & ob hanc cauſam, plurimi nomen ciuitatis factum eſſe antumant: quaſi regia vrbs foret.

Dum ſedi Michael Epilepticus Imperiali
Præſidet, in ſiculos hoſtes iubet arma moueri,
Qui fines Calabros non ceſſant depopulari.
Dirigitur Michael dochianus ad id peragendum,
Qui multis equitum peditumq; potenter in arma
Vndiq; collectis, Siculos compeſcuit hoſtes.
Inter collectos erat Hardoynus, & eius
Aſſeculæ quidam Græcorum cæde relicti.
Plebs Lombardorum Gallis admixta quibuſdam
Qui pro fugi fuerant, vbi bella Baſilius egit.
Cumq; triumphato rediens Dochianus ab hoſte
Prẽmia militibus Regina ſolueret vrbe.
Græcis donatis nihil Hardoynus habere
Donorum potuit, miſer immuniſq; remanſit.
Conuenit inde ſuos iratus, & arguit argos
Turpis auaritiæ, populo quia dantur inetti
Munera danda viris, cum ſit quaſi fœmina Græcus.
Iratus Michael propter conuitia, iuſſit
Græcorum ritu cedendus vt exueretur,
Corrigiis cæſum grauiter peccaſſe puderet:
Dedecoris tanti cruciatibus exagitatus,
Mulctæ commiſſum non dimiſſurus inultum:
Clam cum gente ſua Grẽcorum caſtra reliquit.
Miſſa Pelaſgorum manus hunc vt perſequeretur,
Repperit in campo cum quo confligere tentans.
Cedit, & occiſis decies ibi quinq; Pelaſgis
Auerſam properat: Normannis omnia narrat
Quç ſibi contigerant: vehementer & increpat illos,

Digitized by Google

Hardoini de inuadenda à Norma. Apulia conſilium.

Appula multi modæ cum terra ſit vtilitatis
Fœmineis Grecis cur permittatur haberi,
Cum genus ignauum ſit, quod comes ebrietatis
Crapula diſſoluat minimo ſæpe hoſte fugatos,
Veſtituque graues, non armis aſſerit aptos.
Normani quamuis Danaûm virtute coacti
Appula rura prius dimittere, rurſus adire
Hoc ſtimulante parant, numero cum viribus aucto
Omnes conueniunt & bis ſex nobiliores.
Quos genus & grauitas morum, decorabat & ætas,
Elegere duces: prouectis ad comitatum
His, alij parent, comitatus nomen honoris
Quo donantur, erat, hi totas vndique terras
Diuiſere ſibi, ni ſors inimica repugnet,
Singula proponunt loca, quæ contingere ſorte
Cuique duci debent, & quæque tributa locorum:
Hac ad bella ſimul feſtinant conditione.
Nullus tunc Italis exercitus imperialis
Partibus audiri, Grecorum tota quieta
Res erat, & ſolum tranquillo tempore bellum
Aduerſus Siculos agitari fama ferebat.
Appula Normannis intrantibus arua, repente
Melfia capta fuit, quicquid prædantur, ad illam
Vrbem deducunt: hac ſede Baſilius ante
Quem ſupra, memini modicas fabricauerat ædes:
Eſſe locum cernens inopinæ commoditatis
Acceſſu populi nunc vrbs illuſtris habetur,
Finibus Italię celeberrima diues amœni

Comitatus nomen honoris nobis etiam fuit, & officij vſque ad Hugonis Capeti tépora.

Melfis aut Melfia vrbs in Apulia.

Fertilitate

Fertilitate loci, Cereris nec egena nec amnis
Et qua parte ſita eſt, inſignus honore ducali:
Audito reditu Siculis Michaelis ab oris,
Seſe ad bella parant Normanni copia quanuis
Multa ſit Argorum, ſua quam pauciſſima gens ſit.
Nam pedites tantum quingentos turba pedeſtoris,
Quingenti pedites, Septingenti equites.
Et ſeptingentos comitatus habebat equeſtris.
Obtectos clypeis paucos lorica tuetur
Armati pedites, dextrum lęuumque mouentur
Cirunſtare latus: aliquot ſociantur equeſtres,
Firmior vt peditum plębs ſit comitantibus illis:
His interdicunt omnino recedere campo,
Vt recipi valeant, ſi forte fugentur ab hoſte:
Taliter inſtructis illis & vtrinque locatis,
Digreditur cuneus longe pauliſper equeſtris,
Contra quos cuneus Gręcorum mittitur vnus:
Bellandi mos Græcorum.
Non etenim totas Danai laxare cohortes
Primo marte ſolent, legionem ſed prius vnam,
Inde aliam mittunt, vt virtus aucta ſuorum
Hoſtes debilitet, terroremq; augeat illis.
Sic equitum princeps obniti dum videt hoſtes,
Cum magis electo qui reſtat milite ſecum,
Prorripitur ſubito, vireſque retundere prorſus
Sic ſolet hoſtiles, animos reparando ſuorum:
Vtrorumq; acie conſerta, maxima pugna
Forte legẽdum Sebethi aut labentis.
Fit, iuxta rapidas lebenti fluminis vndas.
Vincuntur Danai, Gallorum exercitus illos
Fortiter inſequitur, cæſorum corpora multa

Appula, planicies Fluuius ſed plura recepit.
Gens argiua quidem nimio perculſa pauore,
Dum tremebunda fugit non aſperitate locorum,
Non prohibetur aquis vehementibus, vt fugitiua
Non ſe pręcipitet, plures in flumine merſos.
Alueus inuoluit, quam morti traderet enſis.
Hos iaculis, illos gladiis gens gallica ſtrauit,
Fitq; modis variis Gręcorum maxima cędes.
Cum paucis montem Michael elapſus adiuit,
Vicinos montes ſuperare cacumine viſum:
Gallorum vires victoria mentibus auget,
Nec contra danaos iam bella gerenda paueſcunt.
Haud ſecus accipiter ſolitus captare minores
Indubitanter aues, dubitans maioris inire
Alitis aſſultum, poterit ſi forte vel vnam
Exuperare gruem, non inde timebit olorem,
Et magnis auibus iam nil obſtare pauebit.
Agmine collecto Gręcorum, rurſus ad amnem
Cannis affinem qui dicitur Aufidus: omnes
Quos ſecum potuit Michael deducere, duxit.
Ad pugnam Galli redeunt, vt ceſſerat ante
Cedit eis Michael, victi fugere Pelaſgi,
Cęduntur multi, labentis equo Dochiani
Armigeri auxilio ſeruatur vita fugacis.
Corruit offenſo pede forte Caballus ad amnis
Ingreſſum, Michael manibus iam pœne tenendis.
Hoſtilis turbę, proprium ducente miniſtro
Eſt elapſus equum, Normanni plus animantur,

Quo

Quo magis augetur fœlix ſucceſſus in armis.
Peluſij montis Michael petit ardua victus:
Hinc exercitui Grecorum nuntia mittit
Qui Siculis inerat tunc partibus, vt reparandis
Viribus accedat quibus hoſte fugatus egebat.
Melfia Normannis victoribus vt repetatur
Complacet, hic ſpoliis collectis gentis Acheę,
Stant aliquantiſper tranquilla pace quieti.
Pro numero comitum bis ſex ſtatuere plateas,
Atque domus comitum, totidem fabricantur in vrbe.
" *Sed quia terrigenis terreni ſemper honores*
" *Inuidiam pariunt, comitum mandata recuſant,*
Quos ſibi prętulerant Galli ſeruare feroces.
Indigenam latij proprię pręponere genti
Dilexere magis, Beneuenti principis huius
Adenolfus Beneuenti princeps. *Nomen Adenolfus, quos forſitan ipſe vel aurum*
Dando vel argentum, pacti mutare prioris
" *Compulerat votum: quid non compellit inire*
" *Ambitio cenſus? ſanos euertere ſenſus*
" *Hęc valet, ac fidei rigidos diſſoluere nexus*
Poſtquam delatos Dochiani exercitus audit
Partibus in Siculis apices & de reparandis
Viribus admonitus, Dochianum nouit egentem
Auxilio, properat Calabriſq; viriſq; quibuſq;
Vndiq; collectis, it ad vlciſcenda ſuorum
Corpora, quę campis & aquis inhumata iacebant.
Cum Grecis aderant quidam, quos peſſimus error
Fecerat amentes & ab ipſo nomen habebant

Digitized by Google

Plæbs ſolet iſta patrem cum Chriſto dicere paſſum:
Et fronti digito ſignum crucis impriunt vno
Non aliam nati perſonam quam patris eſſe,
Hanc etiam ſancti ſpiraminis eſſe docebant.
Hi ſimul ad bellum properant, mens omnibus vna
Vires quas Michael amiſerat vt reparentur:
Hunc tamen eſſe ducem vetat amplius agminis huius,
Imperij ſub quo Romani cura manebat:
Contra Normannos, quia nullum proſperitatis
Succeſſum obtinuit, iubet Exauguſtus vt huius
Officium ſubeat, Danaos in prælia ducat.
Dicitur hunc victor genuiſſe Baſilius ille,
Qui duce ſub Melo Gallos dare terga coegit.
Inde redit Siculas Michael Dochianus ad oras.
Exauguſtus. *Exauguſtus eos quorum ſibi tradita cura eſt*
Taliter alloquitur: prudentia veſtra virili
Conditione vigens, non vos permittat habere
Cor muliebre, viri: quæ vos ignauia ſemper
Cogit inire fugam? memores eſtote priorum
Quorum ſtrenuitas totum ſibi ſubdidit orbem.
Hector Achilleis fortiſſimus occidit armis.
Troia Mychænei ruit ignibus vſta furoris.
Philippi quantus fuerit vigor, India nouit.
Huius Alexander proles fortiſſima, nonne
Fortia multorum ſubiecit regna Pelaſgis?
Partibus occiduis, Gręcorum fama timori
Omnibus, & mundi regionibus eſſe ſolebat.
Quę gens audito Græcorum nomine, ſtare

Audebat

Audebat campo: vix oppida, caſtra, vel vrbes
Reddebant tutos ab eorum viribus hoſtes.
State precor validi memores virtutis auitę:
Degenereſque, pedum non vos fiducia reddat.
„ *Hoſti adimit vires qui ſtare viriliter audet.*
Procurate ſequi veſtigia prima parentum,
Jam fuga diſpliceat: Totus vos ſentiat orbis
Fortes eſſe viros: Non eſt ad bella timendus
Francorum populus, numeroq; & viribus impar.
His dictis animos Græcorum accendit, & omnes
Pręcipit Argolicos montana relinquere, campi
Quęrere planiciem: campis & caſtra locauit.
Exploratores Galli miſere, paratus
Vt Danaum videant. Referunt ad bella paratos:
Et non mutata mutatum mente magiſtrum:
Nil metuunt, multi ſocius in monte relictis
Quo tuti redeant, fuerit ſi forte neceſſe,
Indigenæ Danais deſcendunt auxiliari.
Campi planiciе populus conuenit vterque:
Pugna fit inde grauis, vt vincat vterque laborat.
Nunc hi, nunc illi fugiuntque fugantq; fugantes
Cumq; diu pugnam Gallis patientibus Argi
Acriter inſtarent: victores iam prope facti
Galterus. *Proripitur ſubito Medios Galterus in hoſtes,*
Normannos hortans ad bella redire fugaces:
Ipſe electorum comitum fuit vnus, Amici
Filius inſignis: nullum certamen Achiui
Experti grauius, ſed plurimus hic quia miles

Occidit, heroes multi ſimul interiere.

Exauguſtꝰ in triũphũ ducitur.

Ductus Adenolfi miſer Exauguſtus ad vrbem,
Pręcedebat equum victoris ab hoſte ligatus
Oſtentare ſui pompam cupiente triumphi,
Ter Gallis illo victoria contigit anno.
Confuſis Danais iam ſpes eſt nulla trophęi
Omnia pręclarum ſuper Appula mœnia Barum

Bariũ aliis dicitur Apuliæ vrbs maritima. Hæc a Guillielme I. Siciliæ Rege funditꝰ delata eſt.

Jllis temporibus, Monopolis & Juuenacus
Atque vrbes aliæ quam plures fœdere ſpreto
Græcorum, pactum cum francigenis iniere.
Jnde manere deo nolente diucius eius

Michaeli Paphlagoni ſucceſſit Michael Calaphates ſalutis anno 1043. Huic Cõſtantinus Monomachus eodẽ anno.

Jmperium, moritur Michael, Michaele nepote
Succedente ſibi, qui Conſtantinus & idem
Nomine dictus erat: quendam, ſolamen vt inde
Auxilij caperet gens Appula, Synodianum
Deſtinat, hic veniens & primo appulſus Hydruntum,

Hydruntũ quæ & Hidrus a Ptolomeo dicitur vrbs eſt In Calabria iuxta Ioniũ mare.

Legatos ſocias Francorum miſit ad vrbes
Se recipi rogitans: nolunt parere roganti.
Militiam reparare cupit, ſed milite multo
Cæſo ac diſperſo, paucos retinere valebat:
Synodianus ob hoc muros non deſerit vrbis,
Hunc tamen edictum fecit Imperiale reuerti.
Multa per hoc tempus ſibi promittente Salerni
Principe Guaimario, Normanica gens famulatum

Qui Guaimarus hic appellatur aliis Guamarinꝰ dicitur Salerni prĩceps.

Spernit Adenolfi: ſed ſe tantummodo ciues

Argirous Meli filius a Normanis dux eligitur.

Auerſæ dederant ditioni Guaimarianæ:
Nam reliqui Galli quos Appula terra tenebat,
Argiroo Meli genito ſeruire volebant.

Nam

Nam pater ipſius prior introducere Gallos,
His & in Italia ſtuduit dare munera primus.
Argirous pauper licet, audax & generoſus
Se tantæ genti dominari poſſe negauit:
Cum nihil argenti valeat præbere, vel auri.
Hi ſe non aurum profitentur amare, ſed ipſum,
Cuius eis placidus fuerat pater: Ipſe precantem
Exaudit populum: nocturno tempore ſecum
Deducit Barum natu, ſenſuque priores,
Quos ſancti ductos Appolinaris ad ædem
Taliter affatur. pretij cum nulla facultas
Sit mihi, quo poßim populum donare potentem:
Cur populus veſter me vult ſibi preſore, miror:
Vos etenim noui diuerſis rebus egere,
Quas cum non dedero, me non dare poſſe dolebo.
Illi reſpondent. Noſtrum te principe nullus
Pauper erit, vel egens: duce te fortuna fauebit:
Conſiliiq; vias duce quas genitore ſolebat
Pandere, te nobis effecto principe pandet.
Hoc vbi dixerunt, ſublimant protinus illum
Omnes vnanimes: communi fit prece princeps
Interea magno Danaum comitante paratu,
Nequitia plenus venit † Maniacus Hydrontum
Imperio latium iuſſus Michaelis adire.
Is preter formam nil dignum laude gerebat:
Mente ſuperbus, erat dira feritate redundans.
Claßibus hydronti dimiſſis, agmen iniquum
Francis compactas inuadere commouet vrbes:

Francis ſicut & cãnine fatibus teſte Tacito rit⁹ fuit, vt deſignatum regem ſcuto imponerent ſublimemque humoris geſtarent.

† Maniac⁹ is eſt Georgius Maniacus. Byzantinus qui Cõſtantini Monomachi, Cõſtantinopolitani Cæſaris, & Siciliæ regis præfectus erat.

Et Monopoleis primum diffunditur arvis.
Interimit multos Maniacus, & arbore quoſdam
Suſpenſos, alios truncatos vertice mactat.
Cædis inauditum genus exercere tyrannus
Audet in Infantes, viuentis adhuc quia capti
Corpus humo ſepelit pueri, caput eminet extra:
Sic perimit multos, & nulli parcere curat.
Poſthæc Materam, quæ fixa fuiſſe feruntur
Pœni caſtra ducis, cum ſubderet Hannibal Afris
Italiam, Maniacus adit. campiſque ducentos
Agricolas captos furibunda mente trucidat.
Non puer aut vetulus, non monachus atq; ſacerdos
Impunitus erat: nulli miſeretur iniquus.
Interea Michael qui miſerat hunc Maniacum,
Captus cœcatur: cæcatus ab arce fugatur.
Hoc fecere Zoe ſimul & Theodora ſorores,
Prima fuit Patrui coniunx Michaelis, aduſque
Huius ſucceſſum, cum qua quia noluit ipſe
Partiri regnum, ratus hanc prohibente ſenatu
Exhæredandam, priuatus lumine captus
Eſt, Conſtantino ſociata Zoe Monomacho.
Huic inimicus erat Maniacus, & hic Maniaco,
Alterius quoniam fuit alter abuſus amica:
Zelotipo imperij Monomacho tradita ſedes
Concuſſit mentem nimio terrore tyranni
Et probroſa refert odiis agitatus & ira:
Omnibus & ſecum quos duxerat imperat argis,
Principe ſe facto iam nullus obediat illi.

Matera vrbs in Apulia, quæ Acherõtus ...inio dicitur.

Zoe Michaelis Paphlagonis vidua, Michaelẽ Calaphatẽ in filium adoptauit: qui cum fascibus ſuſceptis, ingratus matrem ſuæ maieſtatis authorem relegaſſet, à conſpiratione populo captus eſt. oculorumque vſu pri

Conſtantinus Monomachus terti⁹ Zoes maritus.

Diſſidia vult Fazellus orta inter Maniacũ & Monomachũ

Aſſumens

ex odio quod Roman' Sclerus exercebat cum Mania[illegible]

uatus, reſtituta ad Imperiū Zoe.

Aſſumens habitum ſibi perfidus imperialem
Imperij ſancti non nomen adire veretur
Poſtquam ſuſcepit ſolij Monomachus honorem,
Argiroo mandat ſtudeat conuertere Gallos,
Procuretque ſuis ſociare fidelibus illos.
Et promittat eis ſe pręmia magna daturum.
Argirous nolens ſibi deſit vt imperialis
Gloria, Normannos compeſcit ab obſidione
Trani, quod ſolum tunc agmina gręca fouebat
Confineſque locos deſiſtit depopulari.
Nuncius interea qui venerat imperialis
Maxima dona ferens capitur miſer à Maniaco,
Diuerſas pœnas adhibent & ſtercus equinum
Purganito immixto naribus, auribus, ori
Hunc facit affligi grauiter, ſtabuloque necari.
Ipſe videns auri tantum ſe pondus habere
Extolli nimium cœpit, redit inde Tarentum:
Atque auri multum (quo plus ſibi concilientur)
Erogat Argolicis, aſſumitur imperialis
Purpura, pes dexter decoratur pelle rubenti
Qua ſolet imperij qui curam ſuſcipit, vti.
Inde venit multo vallatus milite Barum,
Argiroum ſperans promiſſis fallere poſſe:
Vt collega ſuus fieret contra Monomachi
Imperium, Gallos etiam ſibi pacificare
Tentabat, quorum ſi poſſet habere iuuamen
Cedere poſſe ſuis ſperabat viribus hoſtem:
Et Conſtantino facili diadema labore

Ablatum retinere ſibi, quod ſperat inane eſt.
Nam neque Normannos nec eorum auertere mentem
Principis eualuit, contemptus at inde receſſit,
Vnde furore graui plenus quia ſpretus abibat,
Quatuor in partes diuiſo milite, mandat
Pergere prędatum circumcurſantibus ipſis.
Eſt hominum, pecorum para maxima ducta Tarento.
A Conſtantino ſub eodem tempore miſſis
Argirous multis auri argentiq; talentis,
Normannos Donans ſibi poſtulat auxiliari,
Auxiliis horum Maniacus vt occidat hoſtis
Imperij ſancti: ſic plurima promerituros
Hoſte triumphato pro votis aſſerit illos
Quam plures igitur Normannos non amor æris
Sed ducis Argiroj Maniaco reddidit hoſtes.
Auerſę comites & iam cum pluribus vltro
Aduenere ſuis Tancredi filius, horum
Maxima ſpes, aderat Guillelmus ad arma paratus
Hunc drinca nocto comitem comitante Rodulpho
Qui poſt Ranulfi deceſſum pręfuit vrbi.
Terrebat Danaos Guillielmi nobile nomen.
Is quia fortis erat, eſt ferrea dictus habere
Brachia, nam validas vires animumque gerebat.
Huius Robertus frater fuit, ille ducatum
Qui poſt obtinuit, Guiſcardus ad omnia prudens:
Tantorum comitum comitatu fiſus in hoſtem
Argirous properat, Taram Maniacus ad amnem
Venerat, his inibi metatus caſtra diebus.

Tarentum fuit Calabriæ vrbs in vltimo Italiæ circa Salentinorum confinia à Tara Neptuni filio ædificata.

Guillielm⁹ ferrea brachi⁹ prim⁹ ex Frezenda Tancredi filius.

Guiſcardũ plures errorem dixerunt quod per Terras

Forte legẽdum Tarũ qui fluuius eſt.

At non

vagus eſſet: At magis placet hæc denominatio noſtroque vſui propria. Nã & vulgo noſtra etiam ætate cautum & aſtutum Guiſchard appellamius.

At non audito tantæ ſubſiſtere gentis
Prçualet aduentu concluſus in vrbe Tarenti.
Ad fluuium Galli veniunt: caſtriſque receptis
Grçcorum vacuis loca pontis ad vſque propinquant.
Hunc vtrinque maris circumuolat vnda, ſub altis
Rupibus obiectis ſic interciditur æquor,
Pontis vt auxilio tranſiri poſſit ad vrbem,
Quæque viatori via nunc breuis eſſe videtur,
Longa videretur giranti littoris oras,
Namque mari ſeptum maiori parte Tarentum
Inſula mox fieret, modicus niſi collis adeſſet.
Mçnibus incluſos pugnæ Guillielmus Achiuos
Prouocat, at nunquam dimiſſis mænibus illi
Conſeruere manus: non fluminis impetus vlli
Plus eſt quam tanti ducis hoſtibus haſta timori.
Sic incantator ſtudioſus pro capienda
Aſpide, multimoda conatur vt abſtrahat arte
Viſceribus terræ, quibus abdita, tuta moratur,
Auribus hic nequid graue ſentiat, obſtruit vnam,
Affixa cauda defigitur altera terræ.
Diſſimulant Danai Gallos audire cientes
Ad pugnam, poſitiſque ſeris remorantur in vrbe.
Ad bellum poſtquam procedere nolle Pelaſgos
Galli conſpiciunt, & mænibus in capiendis
Spem grauitas adimit, quia munitiſſimus vrbis
Eſt ſitus, abſcedunt. poſt hçc remoratus in vrbe
Per tempus modicum repetit Maniacus Hydrontum:
Rurſus & Argirous nec non Theodorus, at iſte

Milite cum multo, cum multis claſſibus ille,
Imperij iuſſu properare paratus in ipſum,
Hoſtilem quatiunt varia formidine mentem:
Et titubans animo, nunc hûc, nunc fluctuat illuc:
Vrbe metu tandem nimio prodire coactus,
Rupibus inciſis iuxta maris alta locauit
Difficili ſua caſtra loco: qua peruius vlli
Non aditus fieret ſcopulis hærere carinas
Impoſitas gradibus faciens, vt pacificato
Æquore tranſiret, quoſdam quos æquora credit
Perturbaſſe magis, cruciat, ſuccendit & igni,
Necdum ſedatis tranquillo tempore prorſus
Fluctibus æquoreis, naues petit & mare tranſit.
Tranſitus ille tamen, miſero nil profuit illi:
Occurrente quidem Monomachi milite ſtratus
Occidit, & ſcelerum perſoluit corpore pœnas.

Maniacus Iſto in cōflictu accepto vulnere in pectore ex equo prolapſus ſuo in ſanguine occubuit.

Explicit liber Primus.

Incipit ſecundus.

Argiroüs latij dimoto finibus hoſte,
Vadit Idrontinam multis comitatus ad vrbem:
Traditur vrbs illi, ciues hoc principe gaudent.
Hinc Barum repetens Gallos permittit abire:
Illi Guaymario vadunt ſeruire Salernum.
Guaymarius princeps confiſus viribus horum

Hos

Hos ſecum Barum deducit & obſidet illud.
Imperat Argiroo ſibi pareat vrbe relicta,
Tranſeat ad Gręcos, monitis parere monentis
Abnuit Argirous: confligere non tamen audens
Inualidus pugnæ ſe cuſtodiuit in vrbe
Depopulans agros & amœna noualia Bari,
Mœnia Guaymarius propriæ repedauit ad vrbis.
Conſtantinus eo qui tempore iura regebat
Imperij, mandat, properet quantocius ad ſe
Argirous iuſſis fauet imperialibus, ille
Æquoris adriaci tranſuectus fluctibus vrbem
Appetit imperij, placidus qui præſidet vrbi
Suſcipit egreſſum magnis & honoribus illum.
Promouet interea populus quem rexerat ipſe
Pars comiti Petro, pars eſt ſociata Drogoni
Drogo Tācredi filiꝰ. *Tancredi genito, modico quia vixerat eius*
Tempore germanus, vir ferrea dictus habere
Brachia Guillelmus, cui viuere ſi licuiſſet Guillielmus ferra brachius.
Nemo Poëta ſuas poſſet depromere laudes.
Tanta fuit probitas animi, tam viuida virtus.
Vnfredus Tancredi filius. *Vnfredum totus cum fratre Drogone tremebat*
Italię populus, quamuis tunc temporis eſſet
Ditior his Petrus conſanguinitate propinquus:
Edidit hic Andrum fabricauit & inde Coretum:
Buxilias, Barolum maris ædificauit in oris.
Fama ſuper comites alios excreuerat huius,
Sed comes Vnfredus cum fratre Drogone ſuperbam
Deponunt mentem, quia dum certamen inire

Digitized by Google

Et dimiſſuros loca ſe non Appulia dicunt,
Dum conquirantur, niſi forte potentior illis
Turba ſuperueniens depellat & opprimat illos

Leo PP. nonus hui⁹ nominis anno ſalutis 1049. pontificatum iniit. Antea Bauo vocabatur, & Tulenſis epiſcopus erat.

Vir Leo mirificus hac tempeſtate regebat
Romanam ſedem, tanti gens Appula Papæ
Audit vt aduentum, varias deferre querellas
Cœpit & accuſat diuerſo crimine Gallos:
Veris commiſcens fallacia nuntia mittit
Argirous Papæ, precibuſque frequentibus illum
Obſecrat, Italiam quod libertate carentem
Liberet, ac populum diſcedere cogat iniquum:
Cuius preſſa iugo peſſundatur Appula tellus.

Drogo dū dommij ampliationi ſtudet, dum Apuliæ vrbes munit, longobardorū & Apulorum inſidiis ad Mótolium oppidum, circunuentus à viſone genere Apulo proditione occiditur.

Guaimar⁹ per ſeditionem à Melphitanis eſt interfectus

Hoc Normannorum Drogo Gaymariuſque priores
Tempore defuncti fuerant, à ciuibus alter
Et conſanguineis occiſus fraude Salerni:
Alter ab indigenis nimium quia credulus illis,
Pontilari cæſus: ſegens rectore carentem
Gallica conqueritur. Papæ tamen obuia venit
Cum quantis equitum valuit peditumque cateruis,
Aduenisſe quidam latij cum milite multo
Audierant Papam, comitantibus hunc Alemanis
Innumeris & Teutonicis, ad bella paratum.
Normanni licet inſignes fulgentibus armis,
Agminibus tantis viſis obſtare timentes
Legatos mittunt, qui pacis fœdera poſcant:
Quique rogent Papam placidus famulamen eorum
Suſcipiat, ſeſe Papę parere paratos
Omnes teſtantur, non hunc offendere velle

Ac quæſitorum cognoſcere munus ab ipſo:
Si placet hunc dominum poſcunt, ſibi ſeque fideles.
Teutonici, quia cæſaries & forma decoros
Fecerat egregiè proceri corporis illos,
Corpora derident normanica, quę breuiora
Eſſe videbantur, nec eorum nuntia curant.
Vt pote nec numero populi nec viribus ęqui
Conueniunt Papam verbis animoque ſuperbi:
Præcipe Normannis Italas dimittere terras
Abiectis armis, patrioſque reuiſere fines.
Quod ſi noluerint, nec fœdera pacis ab ipſis
Suſcipias volumus, nec eorum nuntia cures.
Nondum ſunt gladios experti Teunonicorum.
Intereant gladiis, aut compellantur abire,
Inuitique ſolum, quod nolunt ſponte, relinquant.
Papa licet tumidis varia ratione renitens,
Non animos gentis potuit ſedare ſuperbæ,
Spem dabat his Italæ ſex indigniſſima gentis,
Gens Marchana probis digne reprobata Latinis.
Cum plures Itali magna virtute redundent,
His erat innatus pauor & fuga luxurieſque,
Teutonici populi non copia magna videtur.
Turbati redeunt Normanni pace negata
Atque Alemanorum reſponſa tumentia pandunt.
Tempus erat iam triticeis confine metendis
Frugibus, at viridos nondum legere maniplos
Agricolæ, quos francigenę, quia pane carebant,
Igni torrebant & voſcebantur aduſtis:

Hi ſunt Alemani quos Henricus ſecundus Roma. Imperator apud Vercelas præſidio Italię reliquerat.

Talem

Talem degebant ob caſtra rebellia vitam,
Vndique Teutonicis famulantia nec ſibi quidquam
Dantia, corporeæ vitę quod poſtulat vſus.
Frater defuncto qui fratre Drogone ſuperſtes
Vnfredus tertius ex Frezenda Tancredi coniuge filius. *Extitit vnfredus, procerum de francigenarum*
Vnus habebatur maioribus, inde Richardus
Auerſa paulo ante comes delectus in vrbe,
Pauliſperque ſuos fratres erat ante ſecutus
Robertus, qui magnagnima virtute priores
Tranſcendit fratres, hic bello interfuit illi:
Cognomen Guiſcardus erat, quia calliditatis
Non Cicero tantæ fuit aut verſutus Vliſſes.
Jnter eos aderant Petrus & Galterus Amici
Inſignis ſoboles, ſimul Aureolanus Vbertus
Muſcaq; Ranialdus, comes Hugo, comeſq; Girardus
Hic Beneuentanis prelatus, at hi Theleſinis
Hos Bonianenſis comitis comitata Rodulfi
Eſt virtus & conſilio pollentis & armis.
Vix proceres iſtos equites ter mille ſequuntur,
Et pauci pedites, triduo quia panis egentes
Arma petunt, cuncti magis vt moriantur honeſtè
Bellando cupiunt, quàm corpora tanta virorum
Opprimat eſuries inhoneſtę funere mortis.
Gens Alemanorum ſtipata ſatellite multo,
Longobardorum fruſtra confiſa fugacis
Auxilio turbæ Normannos terga daturos
Credebat primis conflictibus, aut perimendos.
At non in numero, nec equis, nec gente, nec armis,

Sed cui de cœlo datur, eſt victoria belli.
Inter Teutonicos Normanorumque cateruas
Collis erat medius, gens innumerabilis illi
Guarnerus & Albertus duces Theutonicorum *Appula, Balbenſis, Campanica, Marſa, Thetenſis*
Venerat auxilio, Guarnerus Teutonicorum
Albertuſque duces, non adduxere Sueuos
Plus ſeptingentos, hæc gens animoſa feroces
Fert animos, ſed equos adeo non ducere cauta,
Ictibus illorum, quàm lancea, plus valet enſis:
Nam nec equus docte manibus giratur eorum,
Nec valdos ictus dat lancea, pręminet enſis,
Sunt etenim longi ſpecialiter & peracuti
Illorum gladij, percuſſum à vertice corpus
Scindere ſæpe ſolent, & firmo ſtant pede, poſtquam
Deponuntur equis potius certando perire,
Quã dare terga volunt, magis hoc ſunt Marte timendi
Quã dum ſunt equites: tanta eſt audacia gentis!
Italiæ populo qui ſe ſociauerat illis,
Tranſmũdus. Atto. *Germani comites præſunt Tranſmundus & Atto,*
Et Burrellina generata propagine proles.
Hi ſimul ad bellum properant campique marini
Accola Maldrefiis Molinenſiſque Rodulfi.
Rofredus ſocer: huius caſtrum Guardia nomen
Et plures alij quorum non nomina noui.
Huc quoque Romani, Samnites, & Capuani
Auxilium mittunt, nec opes Ancona negauit.
Huc Spoletini, ſimul acceſſere Sabini,
Huc quoque firmani: non eualet enumerari

Digitized by Google

Carminibus noſtris, quam multus venerit hoſtis,
Francigenæ gentis nomen delere laborans.
Hi cum Teutonicis ad ripam fluminis omnes
Nomine fertorij tentoria fixa locarant,
Proxima nomen habens erat vrbs à ciuibus ipſis.
Poſtquam Normanni paciſque, fugęque negatam
Spem ſibi cognoſcunt, nil quo fugiantur habentes
Collem conſcendunt, vt caſtra hoſtilia ſpectent.
Spectatis caſtris, armantur & agmine dextro
Auerſanorum comitem ſtatuere Richardum
Qui Longobardos adeat: prior hunc comitatur
Clara cohors equitum, mediæque cohortis agendę
Vnfredus contra fortes ad bella Sueuos
Eligitur ductor: cornu ſeruare ſiniſtrum
Robertus frater Calabra cum gente iubetur,
Vt ſuccurrendum cum viderit eſſe, paratus
Auxilio properet ſociis, vireſque reformet.
Teutonici dextrum contra duo cornua cornu
Armarant. Itali ſimul omnes conglomerati,
Parte alia ſtabant: etenim certamine belli
Non aptare ſuas acies recto ordine norant.
Richardus *Hos contra cepit prior arma mouere Richardus,*
Et petit audacter: non ſuſtinuere petentem
Viribus auerſis Itali, tremor arripit omnes,
Inque fugam verſi per plana, per ardua, curſim
Diffugiunt, multos cogit ſuccumbere ſtratos
Impetus ipſe fugę, iaculis cæduntur & enſe:
Qualiter aerias vbi conuenere palumbes

Dum petit accipiter fugitiuo ſumma volatu
Et ſcopuloſa facit celſi iuga quærere montis,
Quas tamen ipſe capit, non poſſunt amplius vllum
Quærere confugium: ſic dantes terga Richardus.
Diffugiunt Itali, ſed quos capit ipſe, vel ipſi
Hærentes ſocij, fuga nil iuuat, occidit illuc
Plurima gens lati bello, pars maxima fugit:
Unfredi contra non ſegnis ad arma Sueui
Bella parant aciem, telis prior eminus illos
Appetit vnfredus, telis hoſtilibus ipſe
Rurſus & appetitur: tandem concurrit vterque
Ad gladios populus, mirabilis ictus vtrinque
Fit gladiis, illic humanum à vertice corpus
Vidiſſes, & equos hominis cum corpore caſos:
Poſtquam Robertus *fratri tam conſpicit hoſtes*
Acriter inſtantes, & ei nulla tenus vllo
Cedere velle modo, comitis comitante Girardi
Præditus auxilio, Calabriſque ſequentibus illum
Quos conducendi fuerat ſibi tradita cura,
Irruit audacter medios animoſus in hoſtes,
Cuſpide perforat hos, gladio detruncat & illos:
Et validis manibus horrendos incutit ictus,
Pugnat vtraque manu nec lancea caſſa, nec enſis
Caſſus erat, quocunque manum deducere vellet
Ter deiectus equo, ter viribus ipſe reſumptis
Maior in arma redit, ſtimulos furor ipſe miniſtrat:
Ut leo cum frendens animalia forte minora
Acriter inuadit, ſiquid reperire quod obſtet

Cœperit

Digitized by Google

Cœperit, inſanit: magis & maioribus ira
Accenſa ſtimulat, nil iam dimittit inultum:
Hoc trahit hoc mandit, quod mandi poſſe negatur,
Diſſipat affligens pecus exitialiter omne:
Taliter obſtantes diuerſa cæde Sueuos
Cedere non ceſſat Rodbertus, & hos pede truncat
Et manibus quoſdam, caput huic cum corpore cedit,
Illius ventrem cum pectore diſſecat, huius
Tranſadigit coſtas abſciſſo vertice, magna
Corpora corporibus truncata minoribus equat,
Virtutiſque docet palmam non affore tantum
Corporibus magnis, qua ſępe minora redundant:
Nullus in hoc bello ſicut poſt bella probatum eſt,
Victor vel victus tam magnos edidit ictus,
Patrata rediens ingenti cæde Richardus
Auſonię gentis, cuius pars altera fugit,
Altera pars gladiis & cuſpide cæſa remanſit.
Dum ſic Teutonicos ſocius obſtare videret.
Proh dolor! exclamat. quam credebamus adeſſe
Finito bello nondum victoria finem
Obtinet, & medios ruit incunctanter in hoſtes.
Hi, quia ſpes iam nulla fugę ſpes nulla ſalutis,
Acrius obſiſtunt, ſed nil obſiſtere prodeſt:
Tot circunueniunt acies pręclara Richardi
Addita victoris magnę fit cauſſa ruinę
Hoſtibus, & miſeri diuerſis interimuntur
Cędibus, & tanta ſupereſt de gente nec vnus.
Exitus hic belli Papam męroribus implet,

Digitized by Google

Afflictuſque graui luctu confugit ad vrbem,
Sed ciues Papam non excepere decenter,
Normannis veriti graue ne victoribus eſſet:
Hunc genibus flexis Normanica gens veneratur
Depoſcens veniam, curuatos Papa benigne
Suſcipit, oſcula dant pedibus communiter omnes.
Vocibus ille piis hos admonet, ac benedicit,
Conqueſtuſque nimis, quia pacis ſpreta fuere
Nuntia, defunctis lachrymans pro fratribus orat.
Audito tantę ſucceſſu proſperitatis
Normannis habitę, non ſollicitudine parua
Angitur Argirous, nec enim vel fraude, vel armis
Poſſe ſibi peragi videt Imperialia iuſſa,
Vt Francos latio moneat, vel cogat abire.
Copia tanta quidem quibus hi non marte repugnent
Non erat Argiroo, nec eos promiſſa mouere,
Vt fines alios peterent vel dona valebant.
Hoc meditans Bari dimiſſa transfretat vrbe.
Ad dominum rediit, populi reſponſa ferocis
Ordine cuncta refert, & belli geſta recentis
Contra Teutonicos: Iam Conſtantinus amare
Deſinit Argiroum, nec (vt ante ſolebat haberi:)
Eſt iam conſilij comes intimus imperialis.
Argiroj obitus. *Exilum paſſus, longo poſt tempore vitam*
Degit in ærumnis, & corporis anxietate
Vexatus miſere vitam finiſſe refertur.
Creſcit Normannis animus victoribus ingens,
Iamque rebellis eis vrbs Appulla nulla remanſit.

Tunc

Omnes ſe dedunt aut vectigalia ſoluunt,
Tunc comes Vnfredus fraterni funeris vltor
Funeſto cunctos, fuerant qui participati
Conſilio, punit, hos truncat, perfodit illos,
Multos ſuſpendit, memorata morte Drogonis
Parcere vult nulli, Iacet alto pectore fixus
Fraternę mortis ſuccenſus fomite maior.
Omnibus horrendus multas ſibi ſubdidit vrbes,
Soluere Troiani comiti cœpere tributum.
*Hunc & Barini Tranenſes & * Venuſini*
Ciues Hydronti famulantur & vrbs Aceronti.
Roberto fratri Calabras acquirere terras
Concedit Iuuenis, patiens erat iſte laboris,
Vir prudens & habens ad quęque negotia promptas
Exercenda manus. Robertus & ingenioſus
Semper celſa petens, & laudis amans & honoris.
Si contingebat ſibi palma vel arte vel armis
Æque ducebat, quia quod violentia ſępe
Non explere poteſt, explet verſutia mentis.
Clarus in eloquio dabat hic reſponſa repente
Optima, conſultus ſi quis quęrebat ab illo
Conſilium, ſapienter ei dare nouerat illud.
Hic ſibi conceſſo Calabrorum munere gaudet,
Secum nonnullos equites collegerat ante
Qua poterat, ſed pręcipue regionibus illis
Multiplicem prędam peragens, quas frater habebat.
Quodque capi poterat, dum diuidit omnibus eque,
Omnes ſunt chari ſibi, charus & omnibus ipſe:

Vnfredus necis fraternæ vindex.

Tranum vrbs eſt Apuliæ quã Colenutius putat olim Traiompolim dictã fuiſſe * Venuſia Apulorum vrbs eſt & ſæpe pro Venuſinis Sabeli legũtur quia pulſis Sabelis in loca vacua Venuſini deducti ſunt à Romanis.

Robertus à fratre in Calabriã mittitur.

Captus ab Vnfredo ſecum prandente volebat
In fratrem gladio conſurgere, ſed Gocelimus
Comprenſum manibus tenuit, cuſtodibus inde
Traditur, & multa non tempeſtate retentum
Dimiſit frater, Calabræ regionis & vrbes
Caſtraque conceſſit, equitum ſuffragia prębens:
Ille capeſſundæ cupidus telluris, amorem
Omnibus oſtentat, non plus affabilis illo
Aut humilis quiſquam ſtuduit dominator haberi:
Vndique gens clarum Normannica nomen habebat,
At non experti virtutem, nominis huius
Terrentur Calabri tanta feritate repleti:
Ad ducis ingreſſum Robertus milite fultus
Non modico, prædas, incendia iuſſit vbique
Terrarum fieri, quos appetit & ſpoliari:
Quodque metum incutiat cultoribus, omne patrari
Militibus remorans dimiſſis fratris abire
Non multo Calabros ſed atroci milite vexat.
Qui cum diſcedens huc pręd abundus & illuc
Non aliquod caſtrum poſſet captare vel vrbem
Arte locum quendam molitur adire, ſed eius
Difficilis conſcenſus erat, quia plurimus huius
Accola grex habitans etiam monaſticus illic
Non alienigenam quemuis intrare ſinebant:
Vtile figmentum verſutus adinuenit, atque
Mandat deffunctum quod quemlibet eſſe ſuorum
Gens ſua teſtetur, qui cum quaſi mortuus eſſet
Impoſitus feretro, pannuſque obducere cera

Illitus

Digitized by Google

Illitus hunc facie iuſſus latitante fuiſſet,
Vt Normannorum velare cadauera mos eſt.
Conduntur feretro ſub tergo corporis enſes
Ad monaſterij ſubhumandum limina corpus
Fertur, & ignaros fraudis quos fallere viui
Non poterant homines, defuncti fictio fallit:
Dumque videretur ſimplex modus exequiarum,
Erigitur ſubito qui credebatur humandus:
Euaginatis comitantes enſibus illum
Inuaſere loci deceptos arte colonos.
Quid facerent ſtolidi nec ſe deffendere poſſunt,
Quo fugiant nec habent, omnes capiuntur: & illic
Pręſidium caſtri primum Roberte locaſti,
Non monaſterij tamen eſt euerſio facta,
Non extirpatus grex eſt Monaſticus inde.
Agmina magna legens caſtro Robertus in illo,
Charior eſſe ſuis cœpit, quia ſtrenuus armis
Conſilioque ſagax comes hac regione vocatus
Eſt, & ab his habitus præſertim quos comitati
Sunt equites aliquot, Torſtenus dicitur vnus,
Alter Arenga, valenſq; gerenda ad bella Rogerus:
Hic ſibi conceſſę quadam dedit oppida terræ
Appulus hoc princeps infirmans tempore mandat
Vnfredus fratri veniat velociter ad ſe.
Robertus properat, fratrem dum conſpicit ęgrum
Compatiens plorat, ſolatia magna dat ægro
Aduentus fratris, depoſcit & aduenientem
Rector terrarum ſit eo moriente ſuarum,

Et geniti tutor, puerilis quem vetat ætas
Rectorem fieri, frater fauet anxius illi,
Et ſe facturum quæ pręcipit omnia dicit.
Non infirma valens iam reddere membra ſaluti,

Vnfredi obitus circiter annum ſalut. 1052.

Interit Vnfredus, lachrymans Appulia tota
Flet patris interitum: patriæ pater ille benignus
Hanc placide rexit, vitam decorauit honeſtas:
Non ſtuduit populum vexare tyrannide dira,
Iuſticiamque colens quam lędere, parcere multis
Maluit offenſis, fratres prope prememoratos,
Eſt monaſterij Venuſini ſede ſepultus.
Funeris obſequiis Robertus rite peractis
Ad Calabros rediit, Cariati protinus vrbem
Obſidet, hac capta reliquas vt terreat vrbes.

Nicolaus P P. huius nominis ſecundus. natione Alobrox erat Gerardus antea vocatus creatusfuit Pontifex ſummus, anno Chriſti 1059.

Interea Papę Nicolai forte ſecundi
Comperit aduentum, dimittitur obſidione
Plurima pars equitum, comitatur pars minor illum.
Melfia ſuſcipit hunc, & ibi ſuſceptus honore
Magno Papa fuit: hic eccleſiaſtica propter
Ad partes illas tractanda negotia venit:
Namque ſacerdotes leuitæ, clericus omnis
Hac regione ~~palam ſe coniugio ſociabant~~:
Concilium celebrans ibi papa fauentibus illi
Præſulibus centum ius ad Synodale vocatis
Ferre ſacerdotes monet, altariſque miniſtros

Verius Calixto & Gregorio. Id attribuatur. C.

Arma pudicitię vocat, hos & præcipit eſſe
Eccleſię ſponſos, quia non eſt iure ſacerdos
Luxurię cultor: Sic extirpauit ab illis

Preſbiteri 27. Diſtin. C. Nullum Diſtin. 28.

Partibus vxores omnino Preſbiterorum,
Spretores minitans anathemate percutiendos.
Finita Synodo, multorum papa rogatu

Robertus à Nicolao II. Pontifice Dux Calabriæ & Apuliæ creatur.

Robertum donat Nicolaus honore ducali.
Hic comitum ſolus conceſſo iure ducatus
Eſt Papæ factus iurando iure fideli.
Vnde ſibi Calaber conceſſus & appulus omnis
Eſt locus; & Latio patrię dominatio gentis.
Romam Papa redit, cum magno dux equitatu
Obſeſſum repetit Cariatum, quo ſibi fida
Maxima pars equitum dimiſſa remanſerat ante.
Gens cariatenſis duce perturbata reuerſo
Non obſtare valens illi ſe dedit, & vrbem
Prima ducem vocat hunc gens iſta ducemque ſalutat:
Partibus in Calabris hinc ad loca cætera tranſit.

Hæ ſunt in Calabria. vrbes vicinæ.

Tunc Roſſana potens, Coſſentia fortis in armis,
Tum quoque diues opum Geracia ſubditur illi,
Et ſubiecta illi fit pene Calabria tota:
Cumque potentatus cœpiſſet creſcere nomen
Virtutiſque ſuæ, legatos mittere cœpit,

Giſulphus Guaymari filius.

Qui ſua deferrent generoſo verba Giſulpho
Guaymarij genito, germanæ nobile poſcens
Coniugium, quia coniugio tunc ipſe carebat,
Prima coniuge pro conſanguinitate repulſa,

Buamundꝰ Roberti Apuliæ & Calabriæ ducis filius

De qua natus erat Buamundus ſtrenua proles
Inſignis nimia virtute potenſque futurus.
Primo Roberti ſpreuit mandata Giſulphus,
Non quod maiori poſſet vel nobiliori

Digitized by Google

Conſociare viro Germanam, ſed quia Galli — ex vxore priori cui Abderada nomē erat.
Eſſe videbantur gens effera, barbara, dira,
Mentis inhumanę, primoque repulſio facta
Coniugis, alterius producit tempora dandę.
Aſſentit tandem princeps, natuque priorem
Tradit in vxorem tibi dux Roberte ſororem.
Gatelerina minor, hæc Sichelgata vocatur, — Aliis Sengregaita.
Nubſit Jordani poſt Gatelerina nepoti,
Qui Capuę princeps vtriuſque duciſque, patriſque
Virtutes animi virtutibus equiparauit,
Coniugio ducto tam magnę nobilitatis,
Augeri cœpit Roberti nobile nomen:
Et gens quę quondam ſeruire coacta ſolebat
Obſequio ſolum iam debita iuris auiti,
Nam proauis & auis ſubiectam coniugis huius
Nouerat Italiam gens longobarda fuiſſe. — Sichelgata octo liberorum mater.
Dedit hęc pueros ſibi tres, & quinque puellas
Egregiam ſobolem ſexus vtriuſque futuram.
Gloria Roberti quæ tanta augmenta ſubire
Cœperat, inuidiam, laus vnde adhibenda fuiſſet,
Non modicam acquirit, quia dum virtutibus eius
Inuidere viri, comites à plębe vocati
Qui numero bis ſex fuerant communiter illum
Morti tradendum coniurauere doloſè: — Cōiuratio in Robertum.
Tempus ad hoc aptum fieri cum forte viderent:
Horum Goffridus, Gocelinus, & Abagelardus.
Filius Vnfredi, ſibi iura paterna repoſcens
Præcipui fuerant actores conſiliorum.

Dux

Dux igitur poſtquam ſibi coniuratio nota
Facta fuit comitum, bellum molitur, in omnes
Acriter exarſit, capit hos, & proiicit illos,
Afflixit variis quorundam corpora pœnis:
Iratum metuens fugit Gocelinus ad Argos,
Peluſii montis caſtrum paueſactus adire.
Goffridus properat dux, quod non eualet armis
Arte capit caſtrum, promiſſis decipit huius
Cuſtodem caſtri Godefridum, dans ſibi quædam
Pluraque pollicitus caſtrumque valentius ipſo.
Peluſii montis Dominatio non Godefridi
Ex toto fuerat, mediam conceſſerat illi
Goffridus partem, ſed dux quia nobilioris
Caſtelli totum promiſerat huic dominatum,
Scilicet Oiani ſolus cupiens dominari
Mandat Roberto deſiſtat ab obſidione
Diſſimulans reditum: ſed mox vt norit abeſſe
Goffreidum, redeat caſtrum ſecurus & intret
Clauibus acceptis, Oianum conferat illi,
Hac illi caſtrum Gocefredus tradidit arte:
Accipit Oianum, ſed quis poſt credere illi?
Traditor eſt latij populo vocitatus ab omni:
Sic ducis aſtuti prudentia quod ſuperare
N*on armis potuit, ſuperauit ſæpius arte.*
Hoſtibus edomitis & captis vndique caſtris
Contra Barenſem populum parat obſidionem.
Appula nulla erat vrbs, quam non opulentia Bari
Vinceret, hanc opibus ditatam robore plenam

Obſidet, vt victis tantæ primatibus vrbis,
Nondum ſubiectas repleat terrore minores,
Vrbibus illa quidem quas continet Appula tellus,
Maior habebatur, dux munit milite caſtra,
Atque replet calabris aduectis nauibus æquor.
Imperij ſancti ciues ſuffragia poſcunt,
Qui coniurati fuerant cum ciuibus illuc
Legatos mittunt, ſimul imperiale iuuamen
Omnes depoſcunt, dux mandat ciuibus ædes
Argiroi ſibi dent quas nouerat editiores:
Contiguis domibus quas ſic conſcendit adeptus
Vrbem Robertus totam ſibi ſubdere ſperat.
Barenſes auſtera duci reſponſa dederunt.
Ille repugnantes oppugnat fortiter vrbis
Indigenas validos non ad certamina ſegnes.
Ad portarum aditus Crates prudenter adorſus,
Sub quibus armatos obſtantibus inſidiantes
Ordinat, & turrim fabricat, quę lignea muris
Prominet, ac iuxta de quaque petraa parte
Ponit, & adiuncto muros quo euertere poſſit
Diuerſi generis tormento, nec minus vrbem
Ciues defendunt, non inter mœnia clauſi
Cum duce pugnantes adſtant pro mœnibus vrbis,
Hos pugnando fugant, proſternunt ictibus illos,
Vt mos eſt belli: fugat hoſtis & hoſte fugatur:
Et petit & petitur repetens ferit & referitur,
Vt duo cum certant productis dentibus apri
Alter ab alterius profunditur ore ſaliua

Dentes

Digitized by Google

Dentes exacuens, vt acutos inferat ictus,
Ictibus & validis feriunt ſua terga viciſſim,
Nunc pede, nunc coſtis læduntur, vterque reſiſtit
Acriter, & neuter vult cędere. ſaucia donec
Membra fatigatum fuſis clamoribus aprum
Velle ſubire fugam doceat victuſque recedat.
Acriter inſiſtunt Normanni, nec minus acres
Obſiſtunt ciues, diuerſaque machina muris
Additur, euerſis vt mœnibus vrbis apertæ
Normannis aditus pateat, quem clauſa negabat.
Vndique ſepta mari, quod non eſt inſula, terræ
Exiguę diodus: Ex hac tentoria parte
Fixa ducis fuerant: obiectis molib. ęquor
Parte replens alia naues prodire vetabat
Barinas, portumque ſuis pontemque parauit,
Atque ſuper pontem poſito munimine terris
Vrbanis nuſquam prodire licebat ab vrbe,
Tutaque ſeruabat claſſis normanica portum.
At ciues tuorum capiunt, & maxima pontis
Aquorei cecidit, pars euertentibus illis
Vrbem Barenſes terraque marique tuentur.
Poſt vbi Robertus deſperat mœnia Bari
Poſſe capi pugna, cœpit promittere multa
Nobilibus patriæ, quorum pollebat in vrbe
Nobilitas potius, quorumque potentia maior:
Et ſic allectis maioribus, alliciendos
Promiſſis credit fore muneribuſque minores
Obdormiuit Apulus. *Sæpe minas faciens vt ciuibus incuteretur*

Digitized by Google

Terror, & omnimodis pro deditione laborat
Vrbis, cuius erat capiendæ magna libido.
Venturum auxilio Gocelinum fama ferebat,
Multis imperij cum nauibus: ad capiendum
Exploratores poſuit dux callidus, illum.

Stephanus Pateranus quem alij Sebaſtoforum apellant.

Prętor erat Stephanus Barenſibus imperiali
Traditus edicto, cognomen cui Pateranus,
Vir probus, & largus, ſtudio laudabilis omni,
Præterquod tanti ſtuduit ducis edere mortem.
Miles erat Bari, cui dedecus à duce quondam
Jllatum fuerat graue, partibus ex alienis
Prõptus ad omne malum, leuis, iracundus, & audax:
Caſtra ducis Stephanus monet hunc ſolerter adire,
Incautumque ducem nocturno tempore, morti
Tradere letiferi percuſſum cuſpide conti,
Pollicitus multum, ſi dux occumberet, auri:
Dedecoris memor illati, cupiduſque lucrandi
Miles abit noctu, circunſpicit vndique caſtra,
Nil obſtare videt, Roberti peruenit vſque
Ad ducis hoſpitium, quod culmo texerat ipſe,
Frondibus & ſepſit, fieretquo frigore tutus
Temporis hyberni: cenatum veſpere facto
Venerat, explorat ducis ille ſedile ſedentis
Ad cœnam, mediis & Contum frondibus illam
Jntulit in partem qua ſederat ille, ſed ori
Flegmatis vbertas ſuperaddita fecerat illum
Sub menſa curuare caput locus vnde repertus
Eſt Conto vacuus, caſſos & protulit ictus,

Jlle

Ille redit fugiens, it totam fama per vrbem
Occubuiſſe ducem, ciues lætantur & omnes,
Congaudens populus clamorem tollit ad aſtra:
Hi dum clamarent, dux aduenit, atque ſalutis
Ipſe ſuæ teſtis, clamores fundere fruſtra
Ciuibus exclamat: Clamantis vocibus huius
Auditis, clamor ceſſauit, lętitięque
Finis verborum datus eſt cum fine ſuorum.

Explicit liber ſecundus.

Incipit Tertius.

Michael Senior Cōſtantinopolilanus Imperator 1058. Et eo. Imperium abdicante Iſaacius Commenus obtinuit.

INterea Michael Romani iura regebat
Imperij cum fratre ſuo, qui nomine dictus
Conſtantinus erat, quorum dominatio Græcis
Pernitioſa fuit, quia bellis otia ſemper
Poſtpoſitis ſtuduere ſequi, luxuſque doloſi
Illecebris captos fędarat inertia turpis.
Horum temporibus Turcos orientis ab oris
Ingreſſos fugit gens territa Chriſticolarum,
Qui Romanię loca delitioſa colebant.
Maxima pars horum ruit interfecta nefandis
Turcorum gladiis; & captis vrbibus, omnis
Subditus his populus dans vectigalia fugit:
Hos contra nullos equites ignauia miſit

Conſtantinus Ducas Cōſt. Imp. anno ſalutis 1063. an. 7. regnauit.
Huic Eudochia tres liberos peperit. Michaelē Andronicum & Cōſtantinum illos ante, hunc poſt

Eudochia vna cum liberis imperauit anno ſalutis 1070. mẽſ. 7.

Romanus Diogenes 1071. annis 3. ex Bibliãdro. Alij autem initiũ Imperij referunt ad annum ſalutis 1068. Diogeni Conſtanti. Ducam. in Imper. preponentes.

Rectorum, quare decreto nupta ſenatus
Eſt equiti egregio Romano mater eorum,
Pectus amans pluſquam genus Eudochia mariti,
Diogenes cognomen erat, quia barba biſurcis.
Is regimen ſubiens ſibi queque negotia belli
Ocia priuignis elegit inire paratus
Cum Perſis bellum miſeros populantibus Argos,
Eſt belli variis euentibus vſus in illos.
Sæpe quidem victor Perſas bellando fugauit,
Sæpe pari populus fortuna pugnat vterque.
Poſtremo comites dum dirigit ipſe tuendis
Vrbibus, innumeros quarum famulatus ad ipſum
Transierat fama probitatis vbique probatæ:
Caſtris cum paucis melioribus ipſe remanſit.
Multus Perſarum populus cum rege repente
Illum concluſit, diſrumpere caſtra laborans:
Prælia committunt immania, dum capiendis
Imperij caſtris inhiant, primo atque ſecundo
Depulſi cedunt bello: prudentia tandem
Anxia Romani deſperans caſtra tueri,
Quam ſibi plus hominum vitę ſtudioſa ſuorum
Quos grauiter feſſos belloque fameque videbat,
Præcipit vt quicquid caſtris inerat ſolidorum,
Omnis veſtitus prętioſus, & omnia vaſa
Auri aut argenti, caſtris ſpargenda ferantur:
Vt ſi contigerit Turcis Irrumpere caſtra
Horum pro ſpectu deſiſtant lædere Græcos.
In vità profugis collecta pecunia ſerui

adeptum Imperium. ita de Michaele Conſtant. Duc. filio inteligendus eſt hic Locus.

Inſomnem

Inſomnem Danai coguntur ducere noctem:
Adueniente die venit innumerabilis ille
Perſarum populus, circundans undique caſtra:
Vndique tela volant, circumtegit aëra totum
Grando ſagittarum: non ferre valentibus Argis
Irrumpunt Turci, munitio rumpitur omnis.
Sed plures prædę quam militibus feriendis
Intenti Perſæ faciunt euadere multos
Indiciis Aquilę (quod plus dabat omnibus armis
Aurea conſpicuum loricę innixa nitorem)
Græcorum dominus cognoſcitur, enſe recidens
Hoſtiles haſtas, neque ſe deffendere ceſſans:
Forte ſagitta volans incauti ſauciat artus:
Sic tandem capitur quadam cum parte ſuorum.
Diogenes Romanus Cõſt. Imp. captus. *Direptis caſtris Romanum Perſica ducit*
Ad ſua caſtra phalanx, & eum ſtatuere ſedili
Egregio, iuxta Perſarum rege ſedente.
Rex percontatur, ſi forte fuiſſet ab illo
Captus, quid faceret: Romanus retulit illi
Nobile Romani reſponſum. *Si mihi ſiue meis ita ſubiicerére, iuberem*
Vel truncare caput, vel te ſuſpendere furcis,
Ille refert facinus nunquam ſibi tale patrandum:
Sed ſecum poſthac fruiturum pace perenni,
Quam per legatos iam ſæpe popoſcerat ipſe,
Et baptizatam natam pro coniuge natam
Se conceſſurum, quo ſic pax firmior eſſet:
Fœderibus tali firmatis conditione
Ad ſua Romanum dans maxima dona remiſit

Digitized by Google

Perſarum rector, captos & reddidit omnes
Longo terrarum ſpatio comitatus euntes
Duxit honorifice, ductum permiſit abire:
Sed non priuignis firmatæ commoda pacis
Conditio placuit, minus ad tutanda peritis
Agmina Græcorum, nec enim decernitur vltra
Arcis ad auguſtę Romanus iura redire.
Hos vbi diogenes factos ſibi comperit hoſtes,
Auxilio fiſus Perſarum tentat in illos
Ciuilis belli varios agitare paratus:
Priuigni ſe non obſiſtere poſſe videntes,
Illum conantur ſeducere pace doloſa:
Ignari fraudis portantes nuncia pacis,
Bis ſex pontifices mittuntur cum Gocelino,
Cuius Romanus toties expertus amorem
Non dubitabat ei ſe credere ſicut amico.
Credit Romanus Paſtoribus & Gocelino,
Securus factus iurando, iure, fideque,
Vt petit ipſę data, miſero placet imperialis
Incaſſum reditus, quia mox vbi peruenit ille
Drogenes Roma. à priuignis excecatur. *Heracleam, capitur: priuatur lumine captus,*
Cuius & Imperij fuerat tam nobile nomen
Monachus efficitur: ſecuri iam duo fratres
Regni tranquillis agitant moderamen habenis.
Non tamen omnino ſua reſtat inulta tyrannis,
Namque ſibi ſocios Romani filius addens
Armenios, Perſas, terras Orientis eorum.
Subtrahit imperio ferro populatus & igni.

Tempore

Tempore Perſarum gens perfida cœpit ab illo
In Romaniam conſurgere cæde, rapinis,
Imperii nec adhuc redigi ſub iura valeret,
Gens niſi Gallorum quæ gente potentior omni
Viribus armorum nutu ſtimulata ſuperno
Hanc libertati ſuperato redderet hoſte,
Quę ſpirante Deo ſanctas aperire ſepulchri
Eſt animata vias longo iam tempore clauſas:
Conſiliis quorum fuit excæcatio tanti
Perpetrata viri, miſeri capiuntur, & aula
Depulſi meritas coguntur ſoluere pœnas.
Hi quibus inſontem puniri conſuluerunt
Puniri ſontes vario cruciamine mandant.
Nuncius imperio Bari legatus ad vrbem
Suplicat, vt miſeris iam ciuibus auxilietur.
Piratis aptæ naues ex more parantur,
In quibus efferri frumenta iubentur & arma:
Claſſe quibus tuta tranſiri poſſit ad vrbem.
Nautarumque metus pellatur & vrbis egeſtas.
Nauibus his iuſſu proponitur imperiali
Gocelinus. *Quem ducis Italia timor expulerat Gocelinus,*
Exoſus fuerat, quia coniuratus in ipſum
Nauibus armatis celer aduenit, vt tremebundos
Hortetur ciues, & erat iam proximus vrbi,
Ingreſſum ſperans nocturno tempore tutum:
Cum ſubito Danaum claſſi venit obuia claſſis
Roberti, cuius reparare aduenerat hoſtes
Nocte ducis pugnam Naues inire libenter

Eſſe ſibi leuius loca cognoſcentibus illis
Certamen grauius; minimè quia gnara locorum
Gens erat illa, ratę: multo ſuperata labore
Poſtremo capitur Gocelini nauis, & ipſe
Ante ducem captus deducitur: Altera nauis
Merſa fuit Danaum, vix euaſere ſequentes.
Gens Normannorum naualis neſcia belli,
Hactenus vt victrix rediit, ſpem principis auget:
Senſit enim Danaos non tantum ciuibus vrbis
Pręſidij ratibus vexiſſe quod obſidionem
Impediat multum ſimul & nouitate triumphi
Æquorei gaudet: ſecurius vnde ſubire
Iam cum Normannis naualia pręlia ſperat.
Gocelini obitus. *Incluſus longo Gocelinus carcere, degens*
Vitam infœlicem, vitæ cum fine laborum
Excepit finem, diuerſa pericula paſſus.
Tertius obſeſſa iam venerat annus ab vrbe:
Multiplici tandem ſuperatur feſſa labore:
Argiritus Barium dedit. *Plus tamen eſurie, tunc Argiritius vrbis*
Primus habebatur, quem, dux vbi deditionem
Vrbis inire facit, reliquos non ardua ciues
Vincere pœna fuit: maiores namque minorum
Ad quam corda volunt partem deflectere poſſunt.
Ciuibus exhibuit placidum Robertus amorem,
Et quia dilectos ſibi quos allexerat omnes
Semper habebat, erat dilectus ab omnibus ipſe
Plurima, quę fuerant vel vi ſubtracta vel aſtu,
Reddidit vrbanis dux agros, prędia fundos,

Perdita.

Perdita reſtituit: nil ciuibus intulit ipſe:
Nil alios permiſit eis inferre moleſtum.
Et circumpoſitis ſolitos deferre tributum
Normannis donat iam libertate quieta,
De Stephano Paterano ſupra. *Canitiem Stephani tractare miſertus, vt hoſtis,*
Noluit, imo ſuę, de qua tractauerat ille
Oblitus cædis, ſtudet hunc tractare benigne.
Cum Baro captum multis nutantibus Argis
Hunc impunitum cuſtodia libera ſeruat:
Perque dies aliquot hac victor in vrbe moratus
Mandat cum ſumptu Barenſibus arma parati:
Vt properent ſecum quo ſe properare videbunt.
Regina vrbs in Calabria. *Hos cum gente ſua Reginam ducit ad vrbem:*
Piſcem fama refert à littore non procul eſſe
Fluctibus adriacis horrendo corpore magnum
Forma inciedibili, qualem non viderat ante
Italię populus: quem verni temporis aura
Propter aquas dulces properare coegerat illuc.
Per varias artes ducis hunc prudentia cœpit,
Qui cum delabens in retia funiculoſa
Retibus innexo cuncto cum pondere ferri
Jlle maris merſus merſis ſed aduſque profundum
A nautis tandem vario iam culmine cæſus,
Piſcis portentoſæ magnitudinis. *Littore vix tractus populo ſpectabile monſtrum*
Cernitur, inde ducis iuſſu per fruſta ſecatur:
Vnde ſibi atque ſuis longus datur vſus edendi,
Et populo Calabris quicunque manebat in oris,
Hoc etiam paſſim gens Appula [illegible]rticipatur:

Digitized by Google

Os ſpinæ ſectum palmorum quatuor orbe
Menſuram obtinuit: Paulo poſt inde moratus
Dux ibi Robertus Reginam tendit ad vrbem:
Dumque moratur ibi Pons eſt quia conditus vnus
Pons modo Guiſcardi totus locus ille vocatur.

Pons Guiſcardi.

Actu Barenſes huius præcepta ſecuti
Quæque paranda parat Regina mœnibus vrbis.
Dux ibi militibus ſumptis, ratibuſque paratis
Tranſuehitur Siculum multis comitantibus æquor:
Quod licet anguſtum tamen eſt graue prętereundum:
*Scila * Caribdis ibi diuerſa pericula præbent:*
Vna rotat naues illidit & altera ſaxis.
Partibus in Siculis conſerta iuuamina fratris
Iam conquiſitis ex magna parte Rogeri
Spem ducis accumulant: Erat hac ætate Rogerus
Non virtute minor, nullus de fratribus eius
Qamlibet egregius init tam nobile bellum:
Nam contra Siculos Diuini nominis hoſtes
Semper pugnauit, ſanctam qua viuimus omnes
Exaltare fidem cupiens, operamque inuentus
Hanc ſua precipue coluit, dum digna quietis
Cauſſa ſuę fieret Siculę ſubiecto gentis.
Hoc ſibi dux ſocio confiſus & agmine multo
*Secum deducto non obſidione * Panormum*
Vincere deſperat, Siculis quam nobiliorem
Vrbibus audierat. Roberti milite multo
Vrbs vallata pauet, muros turreſque reformant
Arma viroſque parant, detecta foramina claudunt,

Scilla proxima eſt Peloro promontorio vbi Opidũ ſciglum ſcilæum à Plinio appellatum.

* Charibdis verticoſum mare Galofarus quaſi Calofaros à noſtris nuncupatum ibi enim faces noctu accẽdũtur nautis portum petentibus ſignum. vtrumque nauigiis exitio.

Rogerus Boſſus ex filiis Tancredi minor in Siciliam à Meſſanenſibus Euocatus Sarracænos ad Meſſanam bis fudit & ſuperauit & tandẽ eam cœpit.

* Panorm* vetuſtiſſima ciuitas in Sicilia.

Ponitur

Ponitur & vigilum cuſtodia crebra per vrbem.
Dux Jubet armatos equites accedere portis
Ut ſic incluſos ad pugnam prouocet hoſtes:
Omne, quod incutiat pœnam pariterque laborem,
Ciuibus inferri verſuta potentia mandat.
Procedunt portis Siculi non ſtare ferentes,
Egreſſique foras audaci mente repugnant:
Verum Normannos nequeunt tolerare feroces.
Cultores Chriſti dum gens Agarena reſiſtit,
Non perferre valet: fugiunt, noſtrique ſequuntur.
Multos proſternunt gladiis, & cuſpide multos,
Mœnibus è ſummis volat vndique miſſile telum.
Saxaque cum pilis iacientes lædere tentant
Corpora noſtrorum, noſtri vi manibus vrbis
Hos impellentes, læti ſua caſtra requirunt.
Inde Panormenſes Affros accire laborant
Auxilio, quorum ſibi viribus aſſociatis
Quod non ſunt auſi terra committere bellum,
Commiſere mari. bellantibus hoc elementum
Commodius credunt: Inſtructis ergo carinis.
Exigit vt belli naualis rite paratus
Proque repellendis ſaxorum vel Jaculorum
Ictibus obtectis rubicundis vndique Philtris
Ad pugnam veniunt ſub conditione virili,
Ut quo iure viri vel viuant vel moriantur,
Mandat Normannis, Calabris, Barenſibus, Argis
Dux à ſe captis muniri corpore Chriſti:
Quo iubet accepto cum ſanguine bella ſubire.

vbi Regis coronas aureas accipere cóſueuerunt. In illius Templo maximo Reges & Epiſcopi Siciliæ ſepeliuntur Priuatorũ autem, nemo.

Tali tuta cibo procedit turba fidelis
Nauibus aptatis quo prȩualuere paratus,
Perfida gens totum lituis ſonituque tubarum,
Magnarumque replet vocum clamoribus æquor.
Chriſticolȩ contra ſuffragia ſola petentes
Principis æterni cuius ſunt carne refecti,
Nullo terrentur clangore, ſed acriter illis
Obſtant, & feriunt quaſſantque viriliter hoſtes:
Principio naues Affræ Siculæque reſiſtunt,
Nutu diuino tandem ceſſere coactȩ,
Cumque fugam peterent, aliquot capiuntur earum:
Quædam ſubmerſæ pereunt, plerȩque frequenti
Remorum ductu vix euaſere fugaces,
Dum portum ſubeunt, mox oppoſuere catenas,
Cum quibus æquoreos aditus prohibere ſolebant:
His etiam fractis quaſdam de nauibus hòrum
Chriſticolȩ capiunt, flammis pleraſque perurunt.
Dat validas animo ducis hæc victoria vires:
Hinc peruadendam ſolers intentus ad vrbem
Molitur variis conatibus vt capiatur:
Muniri pedites fundis facit atque ſagittis,
Armatos equites ſecum procedere Juſſit.
Accedunt muro pedites, & mœnia ſaxis
Ac telis quatiunt: ègreſſus iniquus ab vrbe
Obſtat eis populus, quem non perferre valentes
Diffugiunt pedites, quos dux vt cȩdere vidit
Diffuſos campis, legiones protinus omnes
Bella dato ſigno monſtrt incunctanter adire,

Voce manuque ſuos ſicut dux ſtrenuus hortans:
Pauliſper Siculi commixto marte morati,
Ad ducis aſpectum tremefacti terga dederunt:
Dux ferit, atque ſuos hortatur terga ferire
Peruerſæ gentis, nec cædere deſinit hoſtes,
Aduerſæ portas dum perueniatur ad vrbis.
Gens comitata ducem diuerſis ſauciat hoſtem
Vulneribus, quoſdam gladiis, & cuſpide quoſdam,
Multos fundali ictu pleroſque ſagittis
Fonde ſupergrediens cęſorum corpora, tentat
Cum Siculis portas fugientibus vrbis adire,
Vt finem tanto prębeꝛet capta labori.
Sed ciues portis adhibent dum clauſtra ſeratis,
Non modicam partem foris excluſere ſuorum:
Impetus hoſtilis tantis terroribus vrbem
Implet, vt excluſos cædi permiſerit omnes.
Robertus quanquam longo certamine vidit
Diffiſos equites, cęptis inſiſtere poſcit.
Robertus Milites Hortatur. *Virtus veſtra viri varios experta labores*
Vel modo laudis ait, vel erit modo digna repulſæ.
Vrbs inimica Deo diuini neſcia cultus,
Subdita Dæmonibus veteri ſpoliata vigore
Iam quaſi fracta tremit: Si vos inſtare potenter
Viderit, obſtandi nullos meditabitur auſus:
At ſi deficitis, cras viribus hęc reparatis
Acrius obſtabit, dum tempus adeſſe videtis,
Currite, duta capi Chriſto miſerante patebit:
Difficilem quemuis facilem fa[illegible]t ipſe laborem,

Hoc duce confiſi bellis imponite finem,
Atque inuadendam cuncti properemus ad vrbem.
His animat dictis Robertus corda ſuorum:
Aſcenſis ſcalis properant conſcendere muros,
Seque voluntati promptos ducis affore ſpondent:
Sic auriga bonus veloces cedere curſu
Dum cognoſcit equos, parcit patiturque morari,
Inde reformatos reparatis flatibus, ire
Cæptum cogit iter, ſtimuliſque frequentibus vrget,
Dum curſum peragant & eos præcedere victi
Vincere qui ſoleant cauto ducente magiſtro.
Dux vbi perſenſit capiendis mœnibus omnes
Inſudare ſuos, inſudat & ipſe ferendis
Solicitus ſcalis, vt progrediatur, ad alta
Pręcipii inde ſuis: Illi conſcendere muros
Vnanimes properant: è contra tota Panormi
Gens adſtat muris per propugnacula ſparſa:
Vnus vtrique labor populo, diuerſa ſed illis
Cauſſa fuit, cupit hic vrbem capere, ille tueri:
Altera pars pro ſe, pro natis, coniuge, conſtat,
Altera grata duci fieri ſtudet vrbe ſubacta.
Dum tanto populus confligit vterque labore,
Proſpera Roberto fuit & miſerabilis vrbi
Actio fortunæ, ſubito quia cœtus equeſtris
Egreſſus, ſcalis murorum dum petit alta,
Propugnatores Siculi dant terga frementes.
Vrbe noua capta veteri clauduntur in vrbe.
Gens Agarena vidẽs ſe viribus omnibus eſſe

Exutam,

Exutam, tota ſpe deficiente ſalutis
Suppliciter poſcit miſeros miſeratus, vt eius
Reſpiciat caſus, neque dux condigna rependat:
Cuncta duci dedunt, ſe tantum viuere poſcunt:
Deditione ſui facta meruere fauorem.
Exorare ducis placidi: promittitur illis
Panormus capta anno ſalutis. 1071. *Gratis cum vita, nullum proſcribere curat,*
Obſeruanſque fidem promiſſi lędere nullum,
Quamuis gentiles eſſent, molitur eorum:
Omnes ſubiectos ſibi lance examinat æqua,
Glorificanſque deum templi deſtruxit iniqui
Muſcheta. *Omnes ſtructuras, & qua muſcheta ſolebat*
Eſſe prius, matris fabricauit virginis aulam
Et quę Machamati fuerat cum dęmone ſedes,
Sedes facta Dei, fit diginis ianua cœli.
Munia caſtrorum fecit robuſta parari,
Tuta quibus contra Siculos ſua turba maneret,
Addidit & puteos alimentaque commoda caſtris:
Obſidibus ſumptis aliquot caſtriſque paratis
Reginam remeat Robertus victor ad vrbem,
Nominis eiuſdem quodam remanente Panormi
Milite, qui Siculis datur amiratus haberi:
Stephanus Pateramis à Roberto liber dimittitur. *Omnes cum Stephano Paterano protinus Argos*
Qui Bari fuerant capti permiſit abire:
Sic impunitos quia dux placidiſſimus hoſtes
Dimittebat, eis vt amantibus ipſe placebat:
Barinis, Calabris, dux obſedibuſque Panormi
Militibuſque ſuis vadit comitatus ad vrbis

Digitized by Google

Melfiia de qua 5. a. *Mænia Melfenſis,caput hęc erat vrbibus illis*
Omnibus,eſt & adhuc quas continet Appula tellus.
Illius comites regionis,& vndique clari
Confluxere viri,vult quiſque reuiſere tanti
Principis aſpectum:Petro genitore creatus
Prædicto ſolus Petrus huc accedere ſpreuit.
Huius deffuncto Goffrido fratre priori
Ius patrium manibus ſucceſſerat atque nepotum,
Donec prouectus ſoboles fraterna Richardus
Eſſet ad ętatem Dominandi legibus aptam.
Dux Petro ſuſpectus erat quia prorſus eunti
Æd fines ſiculos, vires adhibere negarat.
Dux tamen ablata formidine conuocat illum
De Tarentos ſupra. *Et ſibi conceſſum dicens à fratre Tarentum*
Fraterni repetit ius muneris:ipſe negauit
Reddere quæ fuerant armis ſuperata paternis:
Hac grauis inter eos oritur diſſentio cauſſa.
Ac veniens Andrum varios ad bella paratus
Cœpit inire Petrus:noua præcipit arma parari,
Auget militiam,ſuffragia poſcit,vbique
Quæque ſui iuris ſeruari tuta laborat.
Supra. *Interea Tranum pręclari nominis vrbem*
Diuitiis armis & multa gente repletam
Obſidione parat dux ſubdere,Petrus ad vrbem
Electos bis ſex equites agit,vt ſibi ciues
Alliceret monitis,confortarentur & eius
Aſpectu viſo,qui dum ſua verba loquendo
Protrahit in longum ſubito Robertus, & eius

Diffuſus

Diffuſus campis apparuit vndique miles.
Obſeſſi ciues decies iam quinque diebus
Conuenire Petrum ſimul intra mœnia clauſum:
Orant vt faciat comes vrbis deditioni:
Damna quidem nequeunt perferre diutius vrbis:
Hic primo fieri nimio mœrore grauatus
Jlle negat tandem lachrymans cogentibus illis
Poſcit cum ſociis vt liber abire ſinatur,
Sicque duci fieri conceſſit deditionem:
A duce non patitur diſcedens vrbe videri,
Atque ducem voluit nulla tenus ipſe videre,
Tam ducis horrendum ducebat cernere vultum
Trani, cuius erat laus clarior vrbe recepta
Se iuuenacenſes dedunt & Buxilienſes
Buxiliæ Petri fuerant iuuenacus amici,
Cui patruus Petri pater extitit: hunc, quia fratri
Contulit auxilium, dux oderat, & quia fines
Dalmaticos ſine velle ſuo tentauit adire.
His dux expertis, cupiens ſibi ſubdere Petrum
Obſidione parat circumuallare Coretum:
Petrus, vt hunc audit caſtrum circumdare caſtris,
Non audens armis contendere, mœnibus Andri
Excipitur tutus: qui dum prodiſſet ab Andro,
Tranenſi prædam deferre profectus ab vrbe,
Atque equites eſſent decies hunc quinque ſecuti,
Guido quater denos equites induxerat vrbi.
Ex ducis edicto Germanus coniugis eius
Ægreditur ſubito diffuſo milite campis:

Inde Petrum capiunt, & ſe prius inficiatum
Præſentare duci vel preſentare coactum
Impoſuit finem ducis hęc captura labori.
Sed tandem fidei iurando iure ligatus.
Soluitur, & recipit quæ perdidit omnia Petrus,
Liberabit, ſolo Trani priuatus hoſti.
Interea ducis egregij populoſa frequenter
Poſcit Amalfis opem, cui vectigalia dudum
Annua detulerat minis impugnante Giſulfo,
Semper turbatam terraque marique reclamans.
Robertus quæſtu populi ſtimulante Giſulfo,
Mandat Amalficolas ceſſet vexare tributum
Ferre ſibi ſolitos, veteris corrumpere nolit
Fœdus amicitiæ, ceſſare ſororius illum
Cogat amor, meritaſque vices ſe reddere ſpondet.
Hæc ſibi legatis mandata ferentibus ille
Dicta ſuperba refert, negat eſſe ſua fruiturum
Pace ducem, niſi digna ſibi famulamina ſoluat.
Non perferre valens tanti reſponſa tumoris
Feruidus innumera comitatus gente Salernum
Dux adit, & terra parat & maris obſidionem.
Quartus erat menſis completus ab obſidione:
Tanta fames miſeræ ciues inuaſerat vrbis,
Vt canibus vel equis vel muribus, aut aſinorum
Turba cadaueribus vix viuere poſſet edendo.
Egreſſus quidam patre ciuis in vrbe relicto
In caſtris aderat canis hunc rimata ſagaci
Nare petit laribus ſue, atque fota paternis,

Huic

Huic dabat ille cibos, & poſtquam ſufficienti
Exemplũ nobile. *Paſta cibo fuerat, circa prçcordia quoſdam*
Appoſite ſacco panes inferre ſolebat,
Quorum commoditas vitæ foret apta diutnæ:
Hos celeri curſu rediens (mirabile dictu)
Et nuſquam remorans canis ad ſua tecta ferebat,
Sic alimenta ſagax dominoque ſibique parabat:
Eſuriem tantam quidam non ferre valentes
Egreſſi ciues octaui tempore menſis
Interrupta duci Roberto mœnia pandunt,
Aptior ingreſſus potuit qua parte videri.
Terruit vrbs animum Roberto capta Giſulphi
Conſcendit turrim, quç facta cacumine montis
Preminet vrbanis, natura cuius & arte
Eſt grauis acceſſus, non hac munitior arce
Omnibus Italiç regionibus vlla videtur
Expugnat validis Robertus viribus arcem:
At valido cum forte ducis petraria ſaxi
Ictu dimiſſi perculſa fuiſſet ab alto,
Auulſum lignum Roberti nobile pectus
Sauciat incauti, ſed non poſt tempore multo
Auxiliante Deo recipit caro læſa ſalutem.
Giſulphi Robertus ſororius erat. *Redditus incolumis magis expugnare Giſulphum*
Nititur: ille ſuam fortunam dum videt eſſe
Caſibus extremis poſitam: quia multa ſalutis
Spes erat, arbitrio ſe ſe ducis & ſua dedit:
Orat ſola ſibi libertas detur eundi,
Iuſque duci proprium dimittens liber abiuit:

Gregorium Papam ſpoliatus honore Salerni
Appetiit primum, venientem Papa benigne
Suſcipit, & regio Campanica traditur illi.
Vrbe triumphata gaudet Robertus & arce,
Et ne poſterius ſibi gens infiſa repugnet,
Muniuit ſummam fidis cuſtodibus arcem:
Inferiore ſitu fit inexpugnabile caſtrum,
Quo ſibi ſubiecti valeant conſiſtere tuti:
Vrbs latij non eſt hac deliciosior vrbe,
Frugibus, arboribus vinoque redundat, & vnde
Non ibi poma, nuces, non pulchra palatia deſunt:
Non ſpecies muliebris abeſt, probitaſque virorum:
Altera planiciem pars obtinet, altera montem,
Et quodcunque velis terraue mariue miniſtrat.
Hac acquiſita ſimul acquiſiuit amalfin:
Vrbs hæc diues opum, populoque referta videtur,
Nulla magis locuples argento, veſtibus, auro,
Partibus innumeris. hac plurimus vrbe moratur
Nauta, maris cœlique vias aperire peritus.
Huc & Alexandri diuerſa feruntur ab vrbe
Regis & Antiochi: hæc freta plurima tranſit
His Arabes, Indi, Siculi noſcuntur & Afri:
Hęc gens eſt totum propè nobilitata per orbem
Et mercanda ferens & amans mercata referre.
His ſibi ſubiectis, quæ diſponenda fuere
Troia. in Apulia vrbs fuit que circa *Omnia diſponit, Troiam dux ipſe reuiſit*
Dumque moraretur Troianæ mœnibus vrbis,
Nobilis aduenit Lamſardus marchio quidam,

Nobilibus

annum ſalutis 1016. à Catapano Baſilij & Conſtātini frūm. Conſtant. imper. extructa eſt, & poſtea Apuliæ caput fuit.

Nobilibus patrię multis comitantibus illum,
Axo vocatus erat, ſecum deduxit hugonem
Illuſtrem natum: ducis huic vt filia detur
Exigit in ſponſam: comites proceresque vocari
Quaque facit ſuper his conſulturus ab vrbe:
Horum conſiliis Roberti filia nato
Traditur Axonis, tædas ex more iugales
Et conuiuando celebrant & multa ferendo.
Cunctis, coniugij, quæ poſtulat ordo peractis,
Sollicitat comites dux & quoſcumque potentes
Dona petens, læti quibus & vir & vxor abire
Donati valeant: nec enim prius Imperiales
Altera cum proles thalamos Michaelis adiſſet
Quod libet auxilium dederant: communiter illi
Omnes triſtantur, quaſi vectigalia poſci
A duce mirantes ſed non obſtare valentes:
Et mulos & equos diuerſaque muuera prębent.
Is genero donans, addens ſua, claſſe parata
Ad ſua cum magno patremque remiſit honore.
Normanni comites conqueſti ſæpe viciſſim
A duce tractari ſe tam male tamque moleſte,

Odio pręſētis ſtatus Reſpub. mutantur ſcribit Tacit.

Occuluere diu maleſidi pectoris iram:
Tandem conſiliis Iordanem patre Richardo
Participant natum, patruo ſimul omnia pandunt
Rannulfo comiti, Quorum ſibi conſociatis
Fiſi præſidiis Petrus & Goffredus aperta
Mentis fraude ducem cepere laceſſere bellis.

Mortuo vnfredo

Amiſſaque nepos terrę memor Abagelardus

Bagelardũ illi ſucceſſiſſe plures ſcribunt & eum à principatu dejectũ à Rob. Guiſcardo Patruo fuiſſe.

Filius Vnfredi toto conamine tentat
Infeſtare ducem, ſocio Guidilone, ſororem
Cui dedit vxorem nec Balduinus eorum
Defuit auxiliis, & lingua doctus & armis.
His comes Henricus comes & ſociatus Amicus,
Docior his aderat Robertus de ſcabioſo
Monte comes dictus, Goſſredi frater, & ambo
Orti germana fuerant ducis: ita nepotes.
Accendebat in hunc cunctus pręſtare volentem,
Omnes hi priuare ducem conantur honore:
Hæc diſſentio non loca concutit appullà tantum,
Sed Calabris etiam ac Lucanis regnat in oris,
Nec non Campanis, metus eſt hoſtilis vbique,
Latronum rabies paſſim bacchatur, & omnes
Per partes Italas raptorum copia creuit,
In partes varias Normannica concio tendit:
Sed quamuis hoſtes eſſent ducis agmine plures,
Pars bello melior Roberto ſemper adhæret.

Forte doctior. Robertus de monte ſcabioſo & Goffredus Rob. ex ſorore nepotes.

Argirius à Roberto Duce deficit.

Redditur vrbs Petro Tranenſis & Abagelardo:
Coniuge prole data dedit Argyricius vrbem
Egregiam Bari, quam dux commiſerat ipſi:
Non tamen vrbibus his hac tempeſtate remotis
Gens ab amore ducis Iuuenaci fida recedit:
Vnanimes optant parere fideliter illi:
Argyricius hos monet, vt reddatur Amico
Vrbs ſua quæ fuerit, quam ſi non reddere vellent
Obſidibus natis hunc ſe donare minatur
A duce commiſſis dudum ſibi, non tamen illi

Poſt

Poſt poſuere fidem, contempto prolis amore,
Seque duci dicunt ſeruare perenniter illam.
Hanc adipiſcendam multis ſtipatus ad vrbem
Cum Petri comitis comitatu vadit Amicus.
Affuit obſeſſe ſimul Argyricius vrbi
Cum populo Bari, Trani, pariterque Choreti:
Andrenſes etiam cum Buxilienſibus aſſunt.
Gens Iuuenacenſis non obſidione vel armis
Territa, ſtat fortis: deffendere mœnia curant,
Et ponit vigiles, obſiſtit & acriter illis
Qui foris inſiſtunt: hi pugnant, illa repugnat
Impugnata licet terra marique fuiſſet:
Arte capi nulla valuit. Legatus ab vrbe
Forte Betontina fictos deferre iubetur
Rumores, caute Gullielmus at inuenit illos
Filius Yuonis, cui dux conceſſerat vrbem.
Ecce Rogerus adeſt Roberti filius, inquit
Nuncius, & multas equitum peditumque cateruas
Dux ſibi ducendas dedit: hunc properaſſe putantes
Diffugiunt cuncti, quos vrbis ad obſidionem
Duxerat, vt captam ſibi ſubdere poſſit Amicus.
Dux licet audierit tot conueniſſe rebelles
Nullo concutitur terrore, ſed arte vel armis
Omnes exſuperat, monitis quàm dulcibus illos
Allicit, hos bello domitat, verſutus & audax
Nouit vtroſque modos, adimit ſua caſtra quibuſdam
Quoſdam, blanditiis verborum commonet vltro
Tradere, quæ nequeunt violento Marte parari.

Choritus Tuſciæ eſt oppidum à Coritho Rege poſitum.

Sic iuxta Bradam dimiſſa flumen equeſtri
Gente ſua: Calabras cum parte profectus ad oras,
Et Cuſentinos ſibi pacificauit, & illos
Deduxit rediens ad bella pedeſtria promptos:
His comitatus abit, tamen erogat ante ſequaci
Quod potuit populo: properat confligere contra
Omnes infidos: Iuuenacus fida recepit
Hinc equites aliquot, qua nouerat Abagelardum
Eſſe, petit primum violento robore Barum.
Barenſis populus numero confiſus, & eius
Quem ſequitur ductu, ducis vt pote marte valentis
Cum duce congreditur: Lorica ſed abagelardi
Cuſpide perfoditur: Corpus perfoſſa tueri
Non valet armati: bellorum ſancius vltra
Vim perferre nequit, ſua gens fugit vrbis aduſque
Mœnia, Robertus Iuuenacum victor adire
Mox parat: huic properat procedere turba fidelis
Obuia: quis poſſet tantas exprimere grates,
Quantas cuique refert: Laudat communiter omnes
Pignoribus caris, quia præpoſuere tenorem
Promiſſæ fidei: Tunc omnibus oſcula prębens
Ne timeatis, ait, non deformabit Amicus
Quemlibet ex pueris: Omni quia poſtulat arte
Vt mea reddatur ſibi gratia, taliter illi
Reſpondet populus: tua nos pręcepta paratos
Crede ſequi: totam Domino committere curam
Natorum, quia nullus amor te mouere valebit
Nos ab amore tuo: Tantum ſeruator amoris

Coſa per ſ. ſimplex aut geminatum vrbs eſt in Calabria quæ hodie Coſano vocatur Conſæ Municipij. meminit Cic. lib. 5. in verr.

Sis

Sis petimus, noſtri dominator & eſto benignus.
Auditis populi precibus fauet ille precanti:
Annis tota ſui tribus eſt ſoluenda tributi
Pactio dimidij conceſſa perenniter illis:
His ita dimiſſis properat remeare Salernum.
Dum redit hoſtiles vicos & caſtra ſubacta
Donat militibus, faciebat prælia ſæpe
Diuerſis diuerſa locis. Fortuna fauoris
Auxilium præbebat ei cui dum male fida
Aſcolus appetitur, certamine captus equeſtri
Eſt Balduinus, caſtellum nomine vicum
Vi capit: hic Gradilo priuatur lumine captus,
Teſtibus exuitur: ſed Balduinus habere
Illeſos artus permittitur, hunc tamen arcent
Carcere cuſtodes, quia fauerat Abagelardo.
Peruenit his geſtis quo cœperat ire Salernum.
A Iordane duci poſcentes fœdera pacis
Aſſunt legati: dux ni diſcordia ceſſet
Dilapſura breui quæ plurima præmeditatus
Commoda, legatis placido reſpondet amore:
Inducias ponit: fit ſponſio colloquiorum
Conſtituitque diem: legati non ſine magna
Lætitia redeunt, quia tam gratanter ab ipſo
Suſcepti fuerant, & nuntia læta reportant:
Iordani placuere ſatis quæcumque recenſent.
Hinc infra tempus Iuuenacum mittere quoſdam
Dux equites lectos procurans, præcipit illis
Non tantum prodeſſe ſuis, ſed obeſſe laborent

Aſculum Ptolomeo dicitur hodie Aſcalo & hæc eſt quæ Aſculum ſatrianum vocatur.

Gradilo excecatur.

Hoſtibus,hoſque modo poterint quocunque moleſtet.
His poſtquam longo (nec enim fas pergere recto
His erat) adueniunt Iuuenacum tramite ducti
Callibus obliquis,aderat quia plurimus hoſtis,
Infeſtare ducis cœpere viriliter hoſtes:
Quique prius ſoliti fuerant inferre rapinas
Iuuenacũ Iordanis Reddit. *Se doluere pati:nequeunt incedere tuti:*
Iordanis princeps & dux ſtuduere ſtatuto
Ire die Sarnum: pax firma fit inter vtrumque,
Eſt cum Rannulfo ſimili firmata tenore,
Alter erat patruus Iordanis,auunculus alter.
His ita ſedatis dux Apula caſtra requirit,
Spina vrbs in Italia vnde ſpinates. *Et Spinaciolum,muro quod Amicus & armis*
Munierat caſtrum,quo non cum milite pauco
Filius eius erat, Equites comprendit & omnes,
Filius eſt ſolus fugiens elapſus Amici.
Perdere plura timens pacem depoſcit Amicus.
Dux illi placidus fauet,obſidibuſque receptis
Lætificat mœſtos reddendo pignora Patres,
Et Iuuenacenſes deſiſtunt plangere matres:
Perterrent tumidos hæc fœdera facta nepotes
Roberti comitis dux Goffridique nepotum
Non mala reſpexit tolerata,ſed immemor iræ
Dum veniam poſcunt indulget auunculus illis.
His fiſus ſocius comitatus milite multo
Obſedit Barum ſocer Argiricius huius
Qui ſolus pacem vitauerat Abagelardi:
Vrbe ducem recipit,ge[illegible]ero qui pacis & vrbis
Extorri facto ducis e[illegible] reparatus amori.

Sic quia pace ducis non fungitur Abagelardus
Et patrij iuris loca deſerit, & Danaorum
Exul adit terras, cum rector Aleïus eſſet
Imperij, Clemens hunc ſuſcipit ille benigne,
Tractat honorifice, dat multa, ſed inuida nulli
Abagelardi interit⁹. *Parcere quę curat, iuueniles mors ſubit attus:*
Quique regreſſurum ſe credidit eſſe potentem,
Diuerſi generis cum faſcibus atque triumphis,
Exul apud Danaos & mortuus eſt & humatus.
Dux ſibi coniunctis Barenſibus obſidet auctis
Agminibus Tramum, Petro ſtimulante rebelle
Hac dux vxorem dimittit in obſidione:
Non ſine militibus multis petit ipſe Tarentum,
Protinus obſeſſum terraque marique recepit.
Hunc poſitis caſtris caſtellum victor Aneti
Obſidet, inde Petrum comitem miſerabilis angit
Anxietas, quia viſa duci fortuna fauere
Eſt inimica ſibi, pacem veniamque requirit:
Dux per legatos quos miſerat ille relegat,
Vt ſibi cum Trano caſtellum donet Aneti,
Ni dabit iſta frui non pace merebitur eius.
Veſtibus incultis Petrus eſt ad caſtra profectus
Subintrat veniam pacis cum fœdere poſcens,
Cuſtodes caſtri vocat & deſcendere iuſſit
Turribus, hi iuſſi Roberto mœnia tradunt,
Tradidit & Tranum, ducis vt ſibi gratia detur,
Efficiturque ſuus iurando iure fidelis.
Ceruices rigidas ſic dux aſtutus & audax
Flectere, ſic finem bellis imponere nouit.

Explicit liber tertius.

Incipit Quartus.

Hic Michael Parapinacæus vocabatur Conſtant. Duc. filius erat qui imperio deiectus eſt. & in illius locum Nicephorus Botoniatesſuffectus anno ſalutis 1081.

HIs Michael ſolij deiectus ab arce diebus
Cuius in inſontem Romanum dira volun-
tas
Arſerat indigne, ſocio ſibi fratre repulſo,
Monachus efficitur. Roberti filia mæret
Deponi ſocium, miſer exulat ille coactus:
Vrbibus & caſtris ſibi circumquaque ſubactis,
Appula dimittens loca dux parat ire Salernum.
Partibus Eſperiæ, quem Barcilona tremebat
Venerat inſignis comes hāc Raymundus ad vrbem, Raymūdus
Vt nuptura ducis detur ſibi filia poſcens.
Huic maior natu nuptum datur: altera nupſit
Egregio comiti francorum ſtemmate claro:
Ebalus hic dictus ſuccumbere neſcius hoſti,
Belligeras acies ad prælia ducere doctus
Et facundus erat, linguaque manuque vigebat.

Gregorius 7°. ſūmus P. fact° eſt. anno ſalut. 1073.

Illis Gregorius Beneuentum papa diebus
Aduenit: vrbs erat hæc Romano ſubdita papę,
Atque ſui iuris, quia dux obſederat vrbem,
Ægre papa tulit, veñiam Robertus vt huius
Impetret offenſę, papæ properauit ad vrbem,
Suplicat & pedibus dans oſcula patris
Suſcipitur, tanti perſona vigoris honore
Digna videbatur, conſid re papa coegit.

Deeſt ſancti.

Soliloquum

Soliloquum cunctis aſtantibus inde remotis
Conſilium tenuere diu, tum papa fideles
Conuocat: ex papę ſecretum iuſſibus horum
Panditur, allatus liber eſt euangeliorum:
Dux papæ iurat fuerit dum vita ſuperſtes
Obſeruaturum fidei ſe iura perennis
Eccleſiæ ſanctę, totus cui ſubiacet orbis:
Romani regni ſibi promiſiſſe coronam
Henricus 2. Rom. rex *Papa ferebatur: quia rex Henricus ab illo*
Damnatus fuerat, propter commiſſa nefandis
Accumulata modis, nec enim venundare ſanctas
Symonia cauſſam dedit diſſidiis quæ maxima inter Gregoriū PP. & Hēricum Imp. fuerunt. *Eccleſias veritus peruerſum dogma colebat*
Simonis, & nullum donabat Pontificali
Culmine, præter eos qui maxima dona tuliſſent:
Inceſtus etiam turpes & turpe ſubire
Auſus adulterium, vitam ducebat iniquam,
Sacrilegus, mœchus, conſortia nulla proborum
Sed reprobi cœtus collegia ſemper amabat.
His vitiis virtus ſancti contraria papę
Gregorij, regno deponi iudicat illum,
Saxonibus mandat perhiberi rex apud ipſos
Deſinat vlterius, totis & viribus obſtent:
Accitoſque duces Guelfumq; ducemque Rodulphum Henricus Agnetem admonentem quid cū religione fieri oporteret omni admiſtratione depulit eaque Romā profecta non diu ſuperuixit.
Admonet, Henrico Petri pro parte reſiſtant
Et Pauli Simon quibus inſurrexerat alter,
Rodulfus Suęuię dux Conſenſu Ducum & *Eſſe putabatur conceſſa corona Rodulfo.*
Is ſibi Saxonibus multo cum milite iunctis
Indixit bellum papę venerabilis hoſti,

legatorum qui in Forchein conuenerāt in locum Hērici regni titulo ſpoliati ſuffectus eſt.

Et populus regi damnato multus adhæret
Ius patrum recolens aliumque inducere nolens
Hæredem regno, graue fit certamen vtrinque.
Dura quidem gens eſt & cedere neſcia magnis
Ictibus interſe, hinc lotharingi Saxones inde
Certatim feriunt alternis vulnera reddunt
Vulneribus: ſtat quiſque ſtudens obſtare viciſſim,
Et perhibentur ibi triginta cæſa virorum
Millia, ſed neutro populo cedente Rodulphus
Occidit, & feſſus populus defecit vterque.
Se quaſi victorem percepta morte Rodulphi
Gaudens Henricus, quem regni depoſitorem
Nouerat eſſe ſui, papam infeſtare laborat,
Romam obſeſſurus magna cum gente venire
Nittitur, hoc prudens comperto Papa fauorem
Curat habere ducis, ſuccurrat vt ipſe labori

Robertus Guiſc. Romā ingreſſus Gregoriū Pontif. arce eductum Laterano reſtituit anno ſalut. 1084.

Promptus ad arma ſuo, vires & deprimat hoſtis:
Pacis perpetuæ Beneuenti fœdere pacto
Gregorius Romam remeauit, duxque Salernum
Hic Mathee tibi conſtruxit in vrbe decoris
Eccleſiam miri, ſibi nobilis aula paratur.
Dedecus illatum genero prolique repulſæ
Sedibus auguſtis, non ſollicitudine parua
Cor ducis accendit: grauis hęc iniuria multis
Eſſe videbatur ducis, hanc deſiderat vltum

Nicephor⁹ Botoniates qua arte Michaelē

Ire, Senex quidam regni Nicophorus habenas
Sumpſerat ignauus bello, tamen ingenioſa
Mente ſagax contra furtiua pericula cautus,

Imbellis

ab Imperio deiecerat. Ab Alexio Cómeno depulſus eſt.

Brienus virtute Alexij victus eſt.

Imbellis metuens pluſquam metuendus habetur:
Militiæ princeps ſuſtentat Alexius illum
Aſtuta ratione vigens & ſtrenuus armis,
Pectore clarus erat clariſque parentibus ortus:
Annos iſte ſuæ plures ætatis ab ipſo
Flore Iuuentutis primæuo duxit in armis:
Siquid oportebat fieri graue, non dubitabat
Imperio ſancto ſibi præcipiente ſubire
Hoſtes imperij, Baſilachius atque Brienus
Inſignes Greci, bellis opibuſque potentes
Hoc duce ſunt victi, victori ceſſit vterque:
Nam ſibi non longe dum congrederetur ab vrbe
Bellando victus cedit, capiturque Brienus.
Victus Alexina ceſſit Baſilachius arce:
Alter in alterius congreſſum dum properaret,
Proxima caſtra die cedente locantur vtrinque,
Nocte fugam prudens ſimulauit alexius illa
Caſtris dimiſsis, neque tota remota ſupellex
Eius erat, quædam tentoria fixa manebant,
Hęc dimiſſa fugę, Iumentaque luce ſequenti
Effecere fidem, caſtriſque relicta ſuppellex
Contra ſe nullos vbi vidit adeſſe paratus
Hoſtilis belli, caſtris ſine gente relictis
Circumquaque ſuis Baſilachius imperat ire,
Siquos excipiunt ab equis vel gente tumultus,
Vt ſibi notificent, muſſantis nulla cohortis
Vox, nullus potuit ſonus aut hinnitus equorum
Audiri: Sperat Baſilachius omnia tuta

Digitized by Google

Atque ſuis hoſtem pro viribus expaueſactum
Credit iniſſe fugam: cœnantem crapula ſomno
Aggrauat, & caſtris gens tota quieta iacebat:
Callibus occultis aduectus alexius hoſtes
Irrumpens ſubito perterruit, his quia noctis
Obſtabant tenebræ: nuſquam loca tuta patebant,
Spes eſt nulla fugæ, capiuntur & interimuntur,
His ſopor & vini dederat violentia multa
Segnitiem, nec abire valent nec ad arma reuerti.
Alexius Baſilachiũ ſuperat. Lumine priuatus Baſilachius & tibi captus
Legatur nihil ipſe videns Nicophore videndus,
Imperio cuius præſumpſerat eſſe rebellis,
Impiger, & cautus ſic victor Alexius hoſtes
Imperii multos armis ſuperauit & arte.
Dux tranſire volens mare præcipit arma parari,
Militibuſque ſuis ſe praſtolentur Hydronti
Imperat, aptari naues facit, ipſe Salerni
Vndique dona petens & ſupplementa moratur,
Huc illuc apices non ceſſans mittere ſecum
Nauibus armatis fidas monet ire cohortes:
Inſolitum multis iter illud & arce videtur,
Pręcipue quibus vxores & pignora cara
In domibus fuerant, non exercere volebãt
Militiam talem, ſed verba minantia blandis
Dux addens precibus multos properare coegit.
Conueniunt omnes ſicut mandatur Hydronti,
Dalmaticas naues oneri dux eligit aptas
Auxilio ſibi quas gẽſ miſerat illa petitas:

Has armis

Has armis & equis ſumptuque viriſque repletas
Ad Coriſum mittit, hęc inſula non procul vrbe
Diſtat Hydrontina, placidis ſpirantibus auris:
Huc cito tranſitur dimiſſis nauibus illam
Acriter inuadunt equites ducis, atque timorem
Omnibus incutiunt, qui circumquaque morantur.
Regni ſede ſenex hac tempeſtate repulſus
Prędictus fuerat, bellator Alexius illum
Expulit iratus, quia non iniuria fratris
Propter eum dimiſſa fuit, qui viribus auxit
Imperium totis, tot nactus ab hoſte triumphos:
Omnibus imperij legionibus huic comitato
Pręſidiis vacua facilis labor vrbe reperta
Eſt ſuperare ſenem, fit monachus ille coactus:
De prædanda tribus datur vrbs inuaſa diebus
Dux quibus extiterat, manibus quoq; ſancta nefandis
Atroces per ſe loca non violare verentur:
Ducit Alexius, hos magis vt timeatur, ad vrbem,
Imperij regimen bellis bellator adeptus:
Roberti genitæ non paruum blandus honorem
Exhibet, audierat quem velle venire, laborans
Pacificare ducem, quo ſic auertere mentem
Poſſet ab incœptis, ſed mens ducis ardua neſcit
Cedere propoſito, modico remoratus Hydronti
Tempore, præſtolans aduentum coniugis, atque
Multorum comitum, quos nouerat ipſe futuros
Eſſe vię ſocios, mentitus ſe Michaelem
Venerat à Danais quidam ſeductor ad illum

Hydrunthum ſeu aliis hydrꝰ vrbs eſt in Calabria ad Ionium mare que hodie dicitur Otrãto.

Alexius Cõmenus Imperium Conſtant. adeptus eſt anno ſalut. 1085.

Alexius Nicephorum & libertate, & ciuitate priuauit & eam triduo Alexius ex pacto militibus diripiendam conceſſit.

Jmmerito raptum ius Jmperiale repoſcens
Se profugum lachrymãs lachrymãtem dux & honeſtè
Suſcipit & tractat:placidoque fauore benignum
Exhibet obſequium,populus quoque credulus omnis
Aſſurgebat ei flexa ceruice ſalutans:
Hunc adhibens ſocium ſibi dux vt Iuſtior eſſet
Cauſſa viæ,ſecum dum transfretat ipſe reducit,
Ante tamen paulo quàm tranſeat,accelerare
Hunc regis mandata monent,quem papa notarat
Regno priuari cenſens:vt conferat illi
Auxilium,contra Papam tumidoſque quirites,
Qui facti fuerant non cum ratione rebelles:

Henricus 2. Roma. rex de quo ſup. ſuperata apud Parmam Mathildi Romam hoſtili animo Proficiſcens in pratis Neronianis caſtra locauit.

Tempore rex Romam veniens obſederat illos,
Dux quanquam placidi dederit reſponſa fauoris:
Legati redeunt ſine quolibet emolumento,
Gregorio Papę cui pura mente fauebat
Omnia notificat,damnati nuncia regis
Seque fatetur iter nullatenus illud iniſſe,
Aduentum hoſtilem prænoſcere ſi valuiſſet:
Sed quia iam tantos compleuerat ipſe paratus,
A tantis ſe poſſe negat deſiſtere cœptis.
Aduenit interea coniux,comiteſque rogati

Robertus Rogerum filium hæredem ac Ducem Siciliæ Apuliæ & Calabriæ in-

Egregiam ſobolem multo ſpectante Rogerum
Accerſit populo,cunctiſque videntibus illum
Hæredem ſtatuit,præponit & omnibus illum
Ipſe quibus prelatus erat,digniſſimus hæres
Iſte patris tanti patruelibus atque paternis
Moribus ornatus:quantę foret indolis,ipſo

Primæna

ſtituit & in Italia relicto in Grçciam proficiſcitur.

Primæuę cultu virtutis ſignificabat:
Jus proprium latij totius & Appula quæque
Cum Calabris Siculis loca dux dat habenda Rogero,
Roberto comiti committitur atque Girardo:
Alter fratre ſatus, fidiſſimus alter amator
Et virtutis amans erat & probitatis vterque:
Hos rogat vt papæ ſolatia ſiqua valebunt
Non adhibere negent, quod cęperat ipſe ſubire.
Accelerauit iter decies & quinque liburnis
Adria ſulcatur, Corifi tremit inſula, tanti
Principis acceſſus electo milite fulti:
Jlla Botrontinam gens quæ pręceſſerat vrbem
Cæperat: hinc Corifi genialibus vrbs operiumque
Prædita pręſidiis, inde ditione recepit,
Obſidibuſque Datis, vehit inſula tota tributum.
Bundiciam nautę vi captam depopulantur:

Boamundus alter Roberti Guiſc. ducis filius ex priori cóiuge.

Magnæ mentis eques Boamundus filius alter
Qui fuerat prima natus de coniuge, cunctis
A duce deductis equitum peditumque cateruis
Militiæ princeps prçponitur, imperat ipſe
Vt populus totus iuſſis obtemperet huius:

Dyrrachiũ vrbs eſt in Macedonia quęantiquitus Epidamnum vocabatur hodie Drazio.

Dyrrachium pater hinc, & filius obſidet illinc.
Obſeſſum ſuperare mari terraque laborant.
Hortatus fuerat iam ſæpe Georgius illuc
Accelerare ducem: quia qui commiſerat vrbem
Audierat ſolij nicophorum ſede repulſum:
Sed ducis ęſtiuo perpeſſę tempore naues
Naufragium impediere viam, nauique procellis

Jn qua dux aderat vehementibus vndique fracta,
Vix euadendi fuit impertita facultas.
Delati panes pro corporibus recreandis
Perfuſi pluuiis in fruſta teruntur, & vndis
Littore proiectis olidi cumulantur aceruí.
Dux triſtatur iter peragi non poſſe paratum.
Aeris atque maris non fracto turbine, longas
Hoc agitante moras: multos Palialogus Argos
Dyrrachium duxit, pulſuſque Georgius vrbe
Fraude fuit, miſſum ſibi gaudet Alexius hoſtem.
Dux tamen à ceptis vbi comperit affore tempus
Noluit auelli, Coriſi prior inſula ceſſit.
Hinc auellona ſimul, vrbibus atque quibuſdam
Littoreis captis, munitius eſſe quod audit
Dyrrachium obſedit: quondam fuit vrbs opulenta
Magnaque pręcipue teguloſis obſita muris,
Rex Epirotarum dicier hanc Epiduarum
Pyrrhus pręcepit, quia fortia ferre Quiritum
Bella Tarentinis ſociatus non dubitauit:
Jnde frequens bellum varios & paſſa labores
Euacuata viris fuit, ad nihilumque redacta:
Deſtructam ſpatio poſt compoſuere minori
Zetus & Amphion, & pręcepere vocari
Dyrrachium: ducis hoc circundatur obſidione:
Fit pauor obſeſſę non paruus ciuibus vrbis,
Et vigiles ſtatuunt, cuſtodia fida per vrbem
Ponitur, Jmperio factam ducis obſidionem
Notificant, & opem leg tis poſcere curant:

Oppugnare

Oppugnare modis dux nititur omnibus vrbem,
Atque operis miri fabricatur lignea turris:
Hanc ſuper eſt ingens erecta petraria magnos
Proiiciens Iactus vt mœnia diuat vrbis:
Aſſiduè ciues augeri caſtra videntes,
Omnia vaſtari, prædas accedere magnas,
Hybernique domos pro frigoris ædificari
Incurſu, vana ſpe, quæ deceperat illos
Hoſtilis reditus: cœpere carere coacti:
Stare ducem credunt, & non abſcedere velle
Dum ſibi ſubdat & hanc, alias qui ſubdidit vrbes:
Legatos mittunt, cur venerit ipſe requirunt:
Dux veniſſe refert ſe, regni ſede repulſus
Immerito Michael, vt reſtituatur honori.
Illi promittunt vrbis quos ipſe petebat
Ingreſſus, nunquam viſo Michaele negandos:
Cornicinum ſonitu circundatus atque tubarum
Et plectris, qui ſe Michaelem finxerat eſſe,
More coronatus deducitur Imperiali,
Circumuallatus cantantibus vndique turbis.
Vnanimi ciues hunc vt videre, cachinno
Viſum derident dicentes, iſte ſolebat
Crateras menſis plenos deferre Lyæo,
Et de pincernis erat inferioribus vnus.
Poſtquam Robertum cognouit Alexius vrbes
Inuaſiſſe ſuas, veritus ne ſubdat & vrbem,
Dux ſibi Dyrrachij magna cum gente parauit
Occurſare duci: bellis naualibus illi

Pręmonuit ſociam pugnando reſiſtere gentem:
Non ignara quidem belli naualis & audax
Venetia. *Gens erat hęc: Illam populoſa Venetia miſit*
Imperij prece diues opum diueſque virorum,
Qua ſinus Adriacis interlitus vltimus vndis
Subiacet Arcturo, ſunt huius mœnia gentis
Circumſepta mari, nec ab ędibus alter adędes
Alterius tranſire poteſt, niſi lintre vehatur:
Semper aquis habitant, gens nulla valentior iſta
Æquoreis bellis, ratiumque per ęquora ductu.
Ciuibus obſeſſis hortatur Alexius illos
Auxilium conferre ſuas & ducere naues,
Et pugnare ducis cum nauibus, vt ſuperatis
Hoſtibus his bello, facilis labor eſſet inire
In terris bellum: populo ducis extenuato
Imperio parent, ducis & cum nauibus ire
Pugnatum properant: iam veſper adeſſe diei.
Cœperat, occurrunt naues ducis, at quia noctis
Hora propinquabat, bellum differtur vtrinque:
Craſtina progrediens Aurora fugauerat vmbras,
Ad bellum populus nauale paratur vterque:
Amplius huius erat quia gnara Venetica belli
Venetorũ Dux erat Dominicꝰ Syluius. *Gens ruit audacter: claſſis ducis expauefacta*
Ad portum fugitiua redit, ſic pugna remanſit
Ter redeunte die, Gens multa Venetica portum
Appetit & naues Roberti marte laceſſit
Gens comitata ducem cum Dalmaticis Raguſea
Telorum denſis conſternit jactib. ęquor:

Non

Non tamen à portu procul audent ducere naues,
Caſtrorum dederat tutum vicinia portum.
Funibus inciſis quaſdam violenter ab ipſo
Littore propulſas vi turba Venetica ducit:
Non hoc terretur ducis imperterrita caſu
Mens aliud meditans, & adhuc certare paratu
Maiori ſtatuens aliaſque adducere naues
Quæ plus ferre queant & plus inferre laboris.
Facta libens turbæ victricis Alexius audit
Roberto ſoliti quos inſula quæque fouebat
Ferre tributa, maris naues minus eſſe valentes
Dum ducis accipiunt: æqua feritate rebelles
Proponunt fieri: laus perſonat imperialis
Imperij iuſſu ne belli preſcius hoſtis
Cautelas adhibens ventura pericula vitet,
Montibus & fluuiis munitur tranſitus omnis.
Irruere incauto ſic ſperat Alexius hoſte
Inuictumque ducem aſſultu ſuperare latenti,
Innumeras ducit varia de gente cateruas:
Maxima barbaricæ cum Græcis copia gentis
Hunc comitabatur: tamen ire Baſilius ante
Electorum equitum ſecum duo milia ducens
Caſtraque Roberti ducis explorare iubetur:
Meſopotamites erat hic, belliquelabores
Expertus varios, ſequitur præcepta iubentis
Cumque Botrontinæ fieret iam proximus vrbi,
Rumor adeſt, equites ducis haud procul ire ferentes
Non modicam prædam, cum pars iam multa fuiſſet

Saucia, Turcorum quos duxerat ille ſagittis
Marte mori potius, quàm cædere turpiter Argis
Vnanimes ſtatuunt, & conuertuntur in hoſtes
Gente coarctata, quo præualuere paratu:
Turci terrentur conuerſis hoſtibus illos
Baſilius capitur. *Acriter obniti, grauiterque ferire videntes*
Agmine ſtare nequit fugiente Baſilius horum
Et capitur fugiens: Acies Normannica captum
Præſentare duci properat: Robertus ab illo
Omnia perquirit: quid tentet Alexius in ſe
Vel quid inire velit, quantas ad bella cohortes
Mouerit: aduentum poſtquam dux eſſe propinquum
Hoſtilem didicit, quantis & Alexius illum
Impetat agminibus: proceres quos duxerat omnes
Conuocat, accitis quæ nouerat omnia pandit
Et quid opus facto ſit conſulit: effera quorum
Mens erat, audaci dimittere caſtra quibuſdam
Conſilio placuit: venientibus indubitanter
Hoſtibus occurrens, vt terreat impetus illos
Eſſe refert melius dux non abſcedere caſtris
Copia dum propius conſpecta ſit Imperialis,
Et fruſtra queri vincendi prædicat artem,
Cum niſi de cælo nulli victoria detur.
Is licet egregios equites ſibi ſciret adeſſe,
Nil ineundo tamen temerarius eſſe volebat:
Congreſſura quidem gens innumerabilis eſſe
Dicebatur ei: nec adhuc natura virorum
Nota ſibi fuerat, catus vnde ſagaciter omnes

Ordinat

Ordinat ante ſuos & quæque paranda coaptat
Non à Dyrachio procul expectare volebat
Hoſtiles cuneos, ſubito venientibus illis
More locuſtarum montes & plana teguntur.
Proximus Oceano iam ſolerat: vnde nec illis
Bella ſubire, nec his placuit: dant membra quieti.
Dyrachij populo mandarat Alexius omni
Hoſtis congreſſi poſt terga venire ſtuderet,
Vt tutus fieri nec retro nec ante valeret:
Caſtra cremat veniente die dux prouidus horum
Vt duce digreſſo ſit fas Irrumpere nulli:
Commouit prior ipſe ſuas ad bella cohortes:
Agmina plura mouens occurrit Alexius illi:
Cum Langobardis Calabri terrentur & omnis
Pene fugam petiit fuerat qui ſub duce nauta,
Ipſaque concurſu primo terretur equeſtris
Gens ducis, hoſtilis dum prægrauat impetus illam
Venit ad anguſtos tranſgreſſo flumine quoſdam
Hæc incauta locos: dux, ne quis ab vrbe venire
Contra ſe poſſet, vel ad vrbem pergere, pontem
Fecerat euerti, loca dum ſic arcta ſuorum
Impediunt aditus, vehementi nube teguntur
Vndique telorum, nec maior viſa refertur
Grando ſagittarum locus & quia tutus abeſſe
Cœperat interea, cum nec pugnare valerent
Cedere nec retro: ſe dilatare laborant
Præcipitando mari, quia non minus hoſtibus ipſa
Turba coarctatis ſibi plebibus officiebat

Aſpera Normannis anguſtia tanta videtur:
Imperialis eos exercitus exſuperatos
Defeciſſe putans, claſſiſque Venetica victos
Quod caperet ſperans, quę proxima nabat in vndis
Aggreditur ſpoliis inhians agitare rapinas,
Arripiuntur equi diuerſaque ſarcina rerum
Quas ducis accelerans ad pręlia ſpreuerat agmen.
Interea digreſſa mari vix ſe ſociare
Turba duci valuit, qui prætergreſſus iniqui
Exitiale loci multo ſudore periclum,
In primis aderat, quem iuſſerat hic acierum
Ordo prior mutatus erat, miſeranda locorum
Omnia mutari ſic arctatura coegit,
Gaudet adeſſe ſuos, & paucis vocibus illos
Dux prior hortatur, ſolum tutamen in armis
Affore conclamans, & ſi dent terga Pelaſgis
Quemque trucidandum pecorino more minatur,
Captiuis vitam morti pręnunciat ęquam.
His hortamentis accendit corda ſuorum,
Et licet innumeras videat properare cateruas
Partis Alexinæ, vix illo quod ſibi Papa
Ad Petri dederat ſummi paſtoris honorem:
Et meritis ſancti cuius fabricauerat ædes
Mathei fidens, non diffidenter in hoſtem
Irruit, atque ferox obſeſſa non procul vrbe
Alexius à Roberto ſuperatur.
Commiſit bellum, ſuperatur Alexius, atque
Terga dedere ſui, quia plus quam milia quinque
Argolicæ gentis ſunt hoc certamine cęſa,

Pars

Pars quoque Turcorum cum Gręcis interit ingens,
Captus & armorum varius nitor eſt & equorum,
Captaque ſunt Danaum diuerſi ſigna decoris:
Vix equites de gente ducis potuere perempti
Cerni triginta: lachrymatur Alexius hoſtem
Præualuiſſe ſibi, cui nec par copia gentis,
Nec par cenſus erat, diſcedit ſaucius ipſe,
Cogitur & lachrymans inglorius ille reuerti,
Gloria cui fuerat fruſtra ſperata triumphi:
Vxor in hoc bello Roberti forte ſagitta
Quadam lęſa fuit, quæ vulnere territa nullam
Dum ſperabat opem ſe pene ſubegerat hoſti
Nauigio cuius ſe commendare volebat.
Inſtantis metuens vicina pericula lęthi,
Hanc Deus eripuit fieri ludibria nolens
Matronæ tantæ tam nobilis & venerandę:
Occidit hoc bello regni ſpoliatus honore
Conſtantinus & eſt ſubhumatus honore decenti,
Dyrachij proceres amiſit Gręcia multos,
Quorum per campos inhumata cadauera tabent:
Dux in Alexinis remorari tempore caſtris
Non multo propter putrefacta cadauera curat.
Imperij iuſſis gens fida Venetica ſeruat
Vrbem Dyrachij: dux hac digreſſus ab vrbe
Peruenit ad quendam, cui nomen di ualus amnem:
Hic ſibi caſtellum fabricans loca ſe comitatos
Per diuerſa locat, quibus incumbente pruina
Temporis hyberni ſecuri viuere poſſent.

Gens cruciat variis pleroſque Venetica pœnis
Cum duce tranſgreſſos, non hunc ad bella ſecutos
Qui profugi fuerant ſtudiis ſeruilibus illos
Addicunt, alios ergaſtula carceris arctant
Ad patriam miſſos, alij traduntur Achiuis.
Dyrachij quidam quem terra Venetica miſit
Vir præclarus erat nomenque Dominicus illi,
Oderat hic quendam quia non ſe participabat
Conſilio, ſociis quod pluribus inſinuabat,
Hunc quaſi primatem gens illa ſtudebat habere:
Dux dicebatur genuiſſe Veneticus illum,
Primatu tentat priuare Dominicus illum,
Quendam de profugis Barinum conuocat ad ſe
Qui ſibi charus erat fideique tenore probatus.
Hunc monet, vt noctu Roberti caſtra requirat,
Et ſe velle duci ſua commoda pandere dicat,
Et properare loco moneat qui petra vocatur:
Eccleſiæ ſancti Nicolai proximus iſte
Eſt locus, hunc Robertus adit cum milite pauco,
Accitus profugo redeunte Veneticus illum
Conuenit & facilem promittit deditionem
Dyrachij, niſi dux ſibi, quod petit, eſſe daturum
Abneget: ille libens iurando iure ſpopondit
Quod petit explendum, neptim pro coniuge dandam:
Colloquio facto remeauit vterque latenter:
Conſtituere prius quo tempore deditionem
Is foret acturus, quo tempore dux rediturus,
Iamque dies aderat conſenſu vtriuſque ſtatuta:

Dux

Dux Cuſentinos quoſdam, quos præfore curſu
Nouerat, elegit: quoſdam ſimul his ſociauit
Electos equites, & ad vrbem nocte quieta
Accelerans, caute profugum præmittere curat,
Vt quod opus facto ſit ab vrbe renunciet ipſi,
Non modica noctis iam parte Veneticus illum
Preſtolatus, erat ſomno correptus, at illum
Perfuga Barinus mox euigilare coegit.
Indicat aduentum ducis, imperat ille, fideles
Abſque fauore ſuos celer introducat in vrbem,
Ille redit, peditesque ducis facit ire priores,
Munia tradidit his cuſtode carentia terris,
Tempore nocturno nullos fecere tumultus,
Albeſcente die variis clangoribus hoſtes
Percipit ingreſſos vrbs tota, Veneticus omnis
Arma capit, preter quos ille domeſticus hoſtis
Roberto muntis allexerat, incola quiſque
Hoſte ſupergreſſo fodit infra munia vallum,
Hoſtibus vt facilis non ſit deſcenſus ad vrbem.
Iuſſerat à caſtris dux illa nocte cohortes
Accelerare ſuas, auditis iſte ſuorum
Vocibus accurrens, has porta mittit ab omni.
Sic habitatores intuſque foriſque videntes
Se ſe impugnari, malefida Venetica clamat
Agmina turbatus, fugit inde Veneticus omnis.
Quidam cęduntur, quidam capiuntur, ad æquor
Pars fugit Adriacum, ſic euaſere fugaces
Nauibus impulſis. Quicumque Veneticus armis

Digitized by Google

Obſtiterat, necnon ducis horum filius, vrbe
Sunt capti capta, dimotaque littore claſſis:
Robertus Dyrachiū ſubdit. *Sic ſibi Dyrachium dux ſubdidit, atque quod armis*
Vincere non potuit, victoria ſubiugat artis,
Et quæ pollicitus fuerat, poſt deditionem
Cuncta ſibi gaudet completa Veneticus eſſe.
Interea populus Troianus & Aſcolitanus,
Alter ius ſoliti nolens explere tributi
Amplius atque dolens euerſis mœnibus alter,
Vnanimis ſtudio ducis inuaſere Rogerum
Hęredem egregium, qui ſenſu clarus & armis
Cum quantis poterat troiana clauſus in arce
Viribus obſtabat: Tandem properantibus illi
Auxilio ſociis patriſque ſuique quibuſdam
Dimiſſa ruit arce furens, populumque rebellem
Diuerſis punit cruciatibus, huic manus, illi
Pes erat abſciſus: hunc naſo, teſtibus illum
Priuat. dentibus hos, deformat & auribus illos:
Sæpe ſolet captę ſic tigridus ira latenter
Dum nullos agitare poteſt incluſa furores,
Quę ſi forte valet ruptis excedere clauſtris,
Quod videt omne vorat, rapit, inſolitumq; furorem
Exerit, occurſus leo perfugit ipſe furentis,
Quamuis iſta minor ſit corpore, fortior ille.
Robertus geminis exacto nauibus anno
Adriacis vndis loca rurſus ad Appula tranſit:
Is primogenito populum commiſerat omnem,
Cui nomen Boamundus erat pariterque Brieno.

Dux

Dux poſtquam Cannas ſibi comperit eſſe rebelles
Obſidet, obſeſſas euertit humo tenus illas.
Rex erat, his genitus genitrice hermanus eadem
Onfredi fuerat qua filius Abagelardus:
Non tamen vnus eis pater extitit, illa duobus
Eſt ſociata viris: miles pręclarus in armis
Frater vterque fuit, ſed ceſſit vterque potenti

Robertus Cãnas recipit.

Roberto, cui vix par orbe potentia toto.
Cannis deſtructis Romam molitur adire
Contra Grægorij Romani præſulis hoſtem
Henricum cuius iamdudum obſederat vrbem.
Plurima barbaries annis remorata duobus,
Altaque tormentis murorum mœnia fregit
Et turres multas inuicta diruit vrbis.
Iamque ſibi fuerat pars ſubdita trans tyberinã,

Hec fuit Adriani.

Gręgorius quadam fuerat concluſus in arce,
Quæ munita ſatis non expugnabilis vlli
Eſſe videbatur miri ſtructura laboris
Hanc & munierat fidæ cuſtodia gentis:
Robertum tantos vbi nouit iniſſe paratus,
Et ſibi cum tantis inferre paratibus arma:
Rex fugit Henricus, ducis hunc audacia terret

Roberto ea pars vrbis euerſa eſt quæ inter Lateranum & capitolium interiacet.

Et virtus totum iam notificata per orbem,
Expectare verens hunc ad loca tuta receſſit.
Robertus Romam properans vi perforat vrbis
Egregię muros: Tamen auxiliantibus ipſi
Paucis Gręgorij fautoribus, Inde quibuſdam
Ædibus exuſtis violenter ab oſidione

Digitized by Google

Ibi Gregorius interiit.

Liberat obſeſſum iam tanto tempore Papam:
Hunc ſecum magno deducit honore Salernum.
Henrico rurſus cupidi ceſſere quirites

Hunc Guibertum Henricus in Lateranenſi baſilica corona Pontificia publice donauit.

Poſt ducis abſceſſum, Papam conceſſerat illis
Ipſe Rauennatem Guibertum, qui ſcelerata
Mente pari inſurgens regnum præſumpſit adire
Sedis Apoſtolicæ, Clemens à plebe vocatus
Agmina Romulea dux vrbe reducta Salerni
Dimiſit, nunquam par huic exercitus heſit:
Millia ſex equitum, triginta millia Romam
Duxerat hic peditum: ſic vno tempore victi
Sunt terræ Domini duo, rex Alemanicus iſte,

Guiſcardi virtutem inſignes hę victoriæ teſtantur.

Imperij rector Romani maximus ille:
Alter ad arma ruens armis ſuperatur & alter
Nominis auditi ſola formidine ceſſit.

Explicit liber Quartus.

Incipit Quintus.

POſt vbi Robertum cognouit Alexius eſſe
Æquore tranſuectum, vires reparare minutas
Nititur, abſentiſque ducis perfringere caſtra:
Hęc duo ſeruabant vi conſilioque potentes,

Iamna vrbs eſt quæ à Ptolo. ciuita della vocatur.

Filius ille ducis Buamundus, & iſte Brienus:
Haud procul à Iamna non parui nominis vrbe
Partis Alexinę populus ſua caſtra locarat,

Multiplici

Multiplici partem prȩmunit Alexius illam
Obice plauſtrorum, quam peruia planiciei
Ad peruadendam facilem vicinia reddit,
Ferrea cum Tribulis omnes ſaliunca viarum
Prȩpedit acceſſus, vt laxis hoſtis habenis
Dum dimittet equos, pedibus figatur equorum.
At nebula Danaum proſpectus prȩpediente,
Jlluc Normanni per vitibus aſpera denſis
Plenaque carectis loca peruenere latenter:
Obſtat congrediens paulıſper Alexius illis,
Sed non inſtantes ſufferre diutius illos
Victus Alexius Salanichim confugit. Salonicen, quæ olim Theſſalonica. *Eualuit petiitque fugam victuſque receſſit:*
Vrbem Theſſaliæ ſuperatus marte ſecundo
Appetit egregiam, vulgus vocat hanc Salanichin,
Et quia bellorum varios non ambigit eſſe
Euentus, conatur adhuc ad bella redire.
Gaudens audaci magis agmine quàm numeroſo,
Exultans capti Boamundus honore Cuiſci
Obſidet inſigni lariſſam nomine claram,
Ad quam delatos theſauros Imperiales
Quamque opibus magnis audierat eſſe repletam,
Prodiit hac auctor troianȩ cladis Achilles.
Obſidione ſuæ turbatus Alexius vrbis
Jnnumera cum gente venit, pugnamque virilem
Contra Normannos exercuit, obuia namque
Pugnando cedit ſibi gens comitata Brienum
Non modicum ſpectans Boamundus collibus agmen
Jmperij pariter rectorem credit adeſſe,

Digitized by Google

Irruit, & trepidos hoſtis vt niſus alaudas
Inſequitur, populo, Græcorum exercitus, huius
Terga dat, at tantus contexit puluis vtrunque,
Alexius tertio proſtratus. *Vt neuter videat quorſum pars altera tendat:*
Abdita ſyluarum victi petiere Pelaſgi.
Occiſis victor redit ad montana quibuſdam,
Si qua parentur adhuc ipſi certamina ſpectans:
Hoſtes digreſſos vbi nouit Alexius eſſe,
Lariſſæa petit multo cum milite caſtra.
Dimiſſi caſtris pedites maioribus hoſtem
Viribus vrgentem non armis ferre valentes
Vincuntur, maior pars occidit & fugitiua
Pars minor abſcedit: ſpoliorum quicquid ab omni
Victrix turba loco contraxit, Alexius effert.
Nuncius ad montem Boamundo pandere caſus
Aduerſos properat, qui ſe ſperauerat eſſe
Victorem, victam partem dolet eſſe ſuorum:
Nil tamen ipſe pauens comites ſibi diſſociatos
Aſſociare ſtudet: nequeunt incommoda mentem
Perterrere viri, magis obſidione ſolutam
Vrbem conqueritur, iam victam iamque ſubactam.
Marte fatigatos iam nox admota quieti
Tradere membra monet, vallem Boamundus opacam
Haud procul inde petit, quæ cuncta ſibique ſuiſque
Apta miniſtrabat, ſua dant ibi membra ſopori.
Plurima poſt triduum duo conduxere potentes
Agmina Græcorum Boamundo bella parantes:
Alter Germanus Auguſti Meliſianus

Alter

> Larriſſæ plures ſunt de quibus ſtrabo li. 9. Hęc in Macedonia ſita eſt quæ hodie Larrizo nomẽ habet.

Alter cognatus nomen fuit huic adrianus.
Normanni ſolitæ memores virtutis ad arma
Concurrunt celeres ſolitique fugacibus Argi
Elabi, pedibus redeunt properanter ad vrbis
Mœnia lariſſæ, qua clauſus Alexius ipſe
Non procul audebat toties ſuperatus abire,
Nec minus & Turci clauduntur in vrbe fugaces.
Taliter obſeſſus populus Normannicus illic
Non remanere diu valuit, quia terra labores
Paſſa rapinarum, victus alimenta negabat.
Et nuper captis fuerant ſua perdita caſtris,
Milite diuiſo vitæ Boamundus ad vſus
Quærit Ebellonę loca Caſtoreaque Brienus:
Dimiſſa magna Salonicę parte ſuorum
Ad proprię ſedem remeauit Alexius vrbis,
A Conſtantino quę ſumpſit condita nomen.
Gens redit interea Venetum ratibus reparatis
Atque requiſitam nullis prohibentibus intrant
Vrbem Dyrachij, quia rarus in vrbe manebat
Ciuis, egeſtatis diſperſerat vndique ciues
Inſolitę caſus: remorans ter quinque diebus
Gens ſtudet vtilibus vacuare Venetica rebus
Dyrachium, ſed præſidiis municia tuta
A duce dimiſſis, caſtelli iura negauit:
Hoc non poſſe capi poſtquam videre, recedunt.
Audito reditu geniti ducis aduenientis
Ingreßique rates communiter ęquore multas
Erexere trabes, & parua fit modus vrbis:

Caſtro compoſito de lignis, omnia claſſis
Inſtrument ſuggens prouida ſeque locauit.
Sicque ſub ędiculis algenti tempore contra
Nymboſas hyemes remorantur in æquore tuti
Iam cedebat hyems, & verni temporis auræ
Spirabant placidæ, cum nauibus omnibus omnes
Ad Coriſum properant, hęc complacet inſula cunctis
Claſſis alexinę dux Mabrica venerat illuc.
Inde placet nautis repetenda Venetia multis,
Mutuus vt fieri valeat redeuntibus illis
Abſeſſus, comitum patriam ſic quiſque reuiſat.
Hoc ſtatuunt fieri, Roberti namque regreſſus
Protrahitur nimium, diuturna negotia rerum
Abſumendarum ſint illis cauſſa ſuarum.
Tempore Robertus multis intentus in illo
Præcipuas contra Iordanem bella gerendi
Curas, infectum nil dimiſſurus, habebat.
Propterea latio non ipſe redire volebat
Iordanis princeps perterritus aduenientis
Henricus Iordanem ſubigit. *Henrici fama, non armis obuiat illi*
Vt ſe ſe fineſque ſuos tutetur ab illo:
Sed firmę ſecum componens fœdera pacis
Illi ſe ſubigit, genitus conceditur obſes,
Et cum prole dedit ſolidorum munera multa,
Hoc ne priuetur dominatus iure paterni
Fecit, ſi regi ſit ad Appula tranſitus arua.
Robertus in Iordanē. *Et quia Iordanis ditioni ceſſerat eius*
Dux huius terras ferro populatur & igni.

Inde

Inde nepos petiit pacem, recipitque petitam
Gregorio Papæ, ſedatis omnibus ante
Quam repetat fines Græcorum, ſuplicat orans
Dedicet eccleſiam quam fecerat hic ad honorem
Mathei Sancti, placidus fauet ille precanti.
His ita completis animos intendit ad illud
Propoſitum quod mente diu tractarat agendum.
Electos igitur nautas, & quos magis aptos
Militię nouit ſecum facit ire Tarentum:
Huc cum gente ſua nauis conuenerat omnis
Claſſis magnificos ibi militięque paratus
Inſtruit, expenſis naues implentur & armis.
Portum Brondiſij qui tutior eſſe videtur
His comitatus adit: Tranſire veretur Hydronti,
Quo breuior tranſcurſus erat, quia tempus adeſſe
Cœperat Autumni, tranquilla receſſerat æſtas.
Vnde timens ratibus, mora ne qua noceret Hydronti
Ex tempeſtatis ſubitis incurſibus orta
In portu tuto fit tutus claſſe recepta,
Expectat flatus prudenti mente ſecundos:
Inde valefaciens vxori littore ſtanti
Robertus rurſus in Græciam. *Reſtantique ſimul populo cum coniuge, cœpit*
Finibus Auſoniis iam non rediturus abire.
Armatis centum viginti nauibus æquor
Tranſfretat Adriacum genito comitante Rogero,
Qui patris eſſe ſequax armorum ſtrenuitate
Et placida cunctis affabilitate ſtudebat.
Duxit pręterea naues oneraria quarum

Lexerat, has & equis ſumptuque repleuit & armis
Et variis rebus quas ęquoris exigit vſus.
Æquore tranſuectis exercitus ille coegit
Quem ducis egregij ſeruabat filius alter.
Exegere fere menſes in littore binos,
Tempeſtate graui bellum differre coacti.
Temperie placida portum redeunte relinquunt,
Et contra Venetum naues Danaumque Chelindros
Certamen nauale parant, dux quinque triremes
Ducit, ducendas commiſit quinque Rogero,
Roberto totidem fratri, totidem Boamundo.
Legendum Ratium. *His aderant Rachium ſuffragia iuncta minorum,*
Innumeras bello Danai duxere chelindros:
Altera turba nouem confiſa triremibus altis,
Quas habiles bello magis eſſe Venetia nouit.
Roberti naues dum conſpicit inferiores
Eſſe ſuis, audacter eis congreſſa reſiſtit,
Atque interpoſitis Danaum pręfulta Chelindris
Iactibus innumeris telorum deſuper hoſtes
Sauciat, & ferri ſe pondera magna minatur
Iacturam, ne claſſis eis inimica propinquet.
Vix in ea naui, quæ fert ad bella Rogerum
Quilibet illęſus reperitur, & ipſe lacerto
Saucius, obſtanti ſtat cedere neſcius hoſti
Immemor illati ſibi vulneris, ardor honoris,
Quantus adeſſe ſolet victoribus, incitat illum.
Hunc pater inſigni decoratus ſæpe triumpho
Accit, & accitum maiori claſſe chelindros

Diſſociare

Diſſociare iubet, patris impiger ille iubentis
Juſſa ſequi properans, cum quinque triremibus illis,
Quæ ſibi commiſſæ fuerant, inferre chelindris
Bella parat, Danai nihil hoc pugnante repugnant,
Sed paſſim fugiunt, vt aues obſtare volanti
Non audent Aquilæ, curſuque latere fugaci
Coguntur lepores, dum ne Rapiantur aduncis
Vnguibus & roſtro metuunt cibus eſſe voraci.
His ita dimotis ſtat ſola Venetica claſſis.
Robertus genitique ſui dum ſtare fugatis
Græcorum ratibus ſolas videre triremes
Inuaſere ſuis cum nauibus acriter illas,
Tamque fuit vehemens impulſus impetus harum,
Vt ſeptem merſis non poſſe Venetica claſſis
Elabi ſteret, ſolis ſed ſtare duabus
Nauibus ad bellum nil profuit, hoſtibus omnes
Cedere coguntur: ſolito dux more triumphat:
Claſſe triumphata ſecum duo millia victor
Ad portum ducit depugnatoribus iſtis,
Qui magis obſtiterant, quorum audacia maior,
Prętereos alios quingentos annumerauit
Qui capti fuerant ſeptem fugientibus argis
Argolicæ naues ſunt hoc certamine captæ:
Qui caſtrum corifi ſeruare fideliter illi
Sollciti fuerant ſoluuntur ab obſidione
Quam paſſi fuerant, dux dum metuendus abeſſet.
Exin victrices & victas ducere naues
Procurat tutis ſtationibus, vt locet illas

Digitized by Google

Temporis Hyberni dux incumbente pruina.
Has ratione ſagax Clicæum ducit ad amnem:
Naues & nautas ibi collocat, & remorari
Dum placide redeant ęſtatis tempora, iuſſit.
Ipſe ſuos equites Hyemali tempore ſecum
Bundiciam ducit manſurus, ibique moratur
Clicæo populum fuerat qui proximus amni
Aſperior ſolito languere pruina coegit:
Frigoris atque famis pars maxima paſſa labores
Interit, & tantæ creſcunt incommoda peſtis,
Vt prius exactus menſis quàm tertius eſſet,
Sint pręuenta decem quaſi millia morte virorum.
Nec reliquis tantæ necis eſt exercitus expers.
Namque breui morbus communi clade peremit
Quingentos equites nec non immobile vulgus
Magna parte ruit: nec eques nec nauta nec vllus
Vir valet inſtantis leti vitare ruinam:
Nulla tamen frangunt ducis infortunia mentem
Fortis & in caſus manet imperterritus omnes.
Filius ęgrotans poſcit Boamundus, vt ipſum
Italiæ remeare pater permittat ad oras,
Quę medicis multis medicaminibuſque redundat:
Ille licet nolens conſentit abire volenti,
Tam claræ ſobolis cupiens reparare ſalutem
Danda receſſuro dedit, hoc abeunte Rogerum
Iuſſit adire ſuo cum milite Chephaloniam
Vt tanta fuerat quæ tempeſtate rebellis,
Victa refrenetur, hæc inſula dum capietur.

Vndique

Vndique terrendas Græcorum nouerat vrbes:
Juſſa patris ſequitur, iuſſamque Rogerus ad vrbem
Cum ducis agminibus properauit & obſidet illam:
Dux repetit poſitas Glicæo flumine naues,
Et ſtudet incluſas abducere, non minus vndis
Quam terris auidus Græcos domitare tumaces.
Bella parate ferox & equis & claſſe laborat,
Nauibus abductis turbetur vt inſula quæque
Conferat & fiſco ducis Imperiale tributum:
Temporis æſtiui reditu defecit aquarum
Copia, nec tantis iam defluit alueus vndis,
Vt fluuio nautæ valeant deducere naues.
Dux qui difficilem facilem facit arte laborem,
Dum fluuium ſolitis cognouit egere fluentis,
Namque meatus aquæ breuis arcta fauce fluebat,
Multos afferri palos & ab amnis vtraque
Margine confugi connexos vimine iuſſit:
Et multis multa præciſis arbore ramis
Compoſuit Crates, & arenis deſuper implet,
Sic aqua laſciue diſperſa refertur in vnum
Alueus altior hinc, cœpitque capacior eſſe,
Cogitur vnde viam præbere meabilis vnda
Nauibus, illæſæque maris reuehuntur ad vndas.
Vir venerabilis hoc in tempore papa Salerni
Grægorij PP. interitus anno 1085. *Grægorius moritur, quem nec perſona nec auri*
Vnquam flexit amor, iuſtum ſeruare rigorem
Semper propoſuit, non cor dare læta valebant
Abſque modo lætum, nec triſtia reddere mæſtum.

N

Solator mœſti, lucis via, doctor honeſti
Legibus arcebat tumidos, humileſque fouebat:
Gregorij Pont. Encomium. *Terror iniquorum Clypeus fuit ille proborum*
Atque ſalutiferi ſpargendo ſemina verbi,
Numquam ceſſauit populum reuocare fidellem
A vitiis, ad eos quibus itur ad ęthera mores,
Vitaque doctrinæ non diſcordare ſolebat,
Non fuit inſtabilis vel Arundineę leuitatis.
Dux non ſe lachrymis audita forte coercet
Morte viri tanti: non mors patris amplius illum
Cogeret ad lachrymas, non filius ipſe, nec vxor,
Extremos etſi caſus vtriuſque videret.
Magnus erat de morte dolor, quia magnus amoris
Viuere dum licuit, nexus coniunxerat illos,
Alter ab alterius nunquam diſceſſit amare:
Firmatę quondam poſt mutua fœdera pacis,
Eccleſia ſancti Matthæi papa ſepultus
Nobilitat tanti theſauro corporis vrbem:
Hanc quia tranſlatus Mathęus Apoſtolus alti
Nominis eſſe facit, meritumque vicarius iſte
Auget ibi poſitus: prę cunctis vrbibus vnam
Dux elegiſſet, ſibi viuere ſi licuiſſet.
Verùm Gregorij poſt mortem præſulis illi
Ad loca non licuit latij dimiſſa redire.
Continuis hujus ſoboles generoſa Rogerus
Perterrere minis non ceſſat Cephaloniam:
Inſula Roberto proponitur eſſe petenda
Ad quam miſſus erat capiendam filius eius:

Nauim

Nauim conſcendens quam caſtra reuiſere poſſit
Robertus in Febrim incidit. *Febre prius capitur, flagrare Canicula feruens*
Cœperat æſtiua cuius ſæuiſſimus ardor
Tempeſtate ſolet mortalibus eſſe nociuus:
Vxor ab Italia non multo venerat ante,
Et caſtris aderat, dum nati caſtra reuiſit
Dux, quibus exierat Populo cum claſſe relicto.
Hęc vbi Robertum cognouit febricitare,
In quo tota ſui ſita ſpes erat, vt pote tanto
Coniuge, diſciſſis flens veſtibus, acceleratis
Curſibus acceſſit, qua defeciſſe maritum
Extremoſque videns caſus inſtare propinquos,
Vngue genas lanians, impexos ſciſſa capillos
Prô dolor! exclamat quid Imbo miſerrima, vel quo
Infælix potero diſcedere? nonne Pelaſgi
Audita me morte tui natumque tuumque
Inuadent populum, quorum tu gloria ſolus
Spes & robur eras, tua quos præſentia fouit,
Extremis poſitos quia te præſente tuorum
Hoſtis nemo minas congreſſus nemo timebat:
Pluribus & quamuis acies aduerſa cateruis
Obſita non paucis, tua quos animatio tutos
Fecerat, audebant committere bella, nec vnquam
Te viſo potuit mundana reſiſtere virtus:
Filius ecce lupis ſinitur rapiendus & vxor,
Et populus nunquam ſine te ſecurus habendus,
Te quia qui populi fueras audacia noſtri
Amiſſo populus non audax eſſe valebit:

Quodlibet ignauum poterit præcellere vulgus,
Impia mors homini quo tot pereunte peribunt
Parce precor, precibus quæ condeſcendere neſcis,
Expecta ſaltem dum nos ad noſtra reducat,
Vt locus excipiat nos poſt ſua funera tutus.
Ah miſeram! fruſtrà precor hanc, ingrata precanti
Cum ſemper fuerit nullique pepercerit vnquam:
Nec minus & flenti flens cum genitrice Rogerus,
Magnos cum gemitu clamores tollit ad aſtra,
Se prius orbatum lachrymans patre, quam vel habēdi
Parta, vel ad plenum ſit gnarus habenda parandi,
Sectarique ſciat virtutis facta paternę.
Aſtantis populi lachrymas quis lumine ſicco
Inſpiceret? quis tam patiens? tam ferreus eſſet,
Vt non mœſtitiam tot paſſis compateretur?
Inter tot lachrymas cum corpore ſanguine Chriſti
Accepto, moriens vita ſpoliatur amica:
Sic & in exilio robuſti principis artus
Spiritus exutos dimittit & examinatur,
Qui fortes animos aliis inferre ſolebat,
Se preſente ſuis nil paſſus ad eſſe timoris:
Non remanere viri Græcorum partibus vxor
Corpus paſſa, ſuis conatur reddere terris,
Quamque magis celerem cognouerat eſſe galeram
Scandit, ibi poſito Roberti corpore tranſit,
Mortuus vt rediens latio ſolatia preſtet,
Cui non fas viuo fuit ad ſua regna reuerti.
Caſtra Rogerus adit patris interituſque paterni

Robertus Guiſcardus obiit ex Onufrio & Sigo. anno ſalut. 1085. Colenutio autem 1082.

Notitia

Notitia populum communicat anxius omnem,
Conſiliumque petit, priuandum namque fatetur,
Ni redeat propere ſe iuris honore paterni,
Heredem cuius pater hunc indixerat eſſe:
Illi promittunt omnes ſe corde fideli
Sicut ſeruierant patri ſeruire paratos,
Sitque coadiutor tranſgreſſibus æquoris illis
Vnanimes rogitant, populo fauet ille roganti:
Se tamen expectet, dum Cephalonia petatur
Inſula, qua ſocios dimiſerat, obſecrat omnes
Et nullius, ait, fidei me iure vocare
Deberet populus dimiſſus in obſidione,
Abſcedens eius ſi caſtra reuiſere nolem,
Et patris interitum, quem vobis notificaui
Diſceſſumque meum non illis notificarem.
His dictis ad caſtra ſuæ redit obſidionis,
Defunctumque patrem ſe velle recedere pandit:
Acturos referunt ſe quiſque quod egerit ille
Obſequiíque ſui cœptis deſiſtere nolle,
Si condigna tamen ſibi conuenientia detur:
Taliter amoto ſua caſtra petente Rogero,
Gens aliis caſtris tanto remorata pauore
Concutitur, quod ſe milla tenus emerituram
Elapſum ſperat, quaſi vita ſaluſque negetur:
Omnes ſi Danai, gens Perſica, gens Agatena
Hos inuaſiſſent, & ab omni climate mundi
Afflueret populus, peteretque armatus inermes,
Non illa hac formido foret formidine maior,

Digitized by Google

Mors vnius erat multorum cauſſa pauoris:
Innumeras gentes duce qui viuente ſolebant
Vincere, defuncto paucis obſtare timerent:
Millibus eſſe decem ſic ſæpe valentior vnus
Atque fugare viri duo millia mille probantur.
Hoſtis ne ſubeat maiori claſſe cremata
Territa gens ſtuduit naues ſeruare minores,
Æquor vt Adriacum tranſuecta pauore leuetur:
Tantus erat terror nec opes nec pallia curant.
Omnia poſtponunt & corpora ſola carinis
Supplicibus precibus poſcunt inducere nautas,
Atque licet naues à terra longius eſſent,
Pars conſcendit equos, vt perueniatur ad illas,
Dimiſſis & equis imponunt corpora tantum,
Pars natat vt nando valeat conſcendere nauem:
Pars tamen illorum maior, quia non remeare
Nauibus eualuit, remanens ſe mancipat Argis,
Quique timebantur tumidi ſeruire Pelaſgis
Incipiunt, animi pulſa feritate ferocis:
Iamque rates fuerant ſecus Appula littora ductæ,
Tempeſtas tumidum quatit intolerabilis æquor:
Naufragium paſſi quam plures ſunt ibi nautę:
Pars hominum cum claſſe perit, fractaque procellis
Qua fuerat corpus tranſuectum nobile, naui,
In mare delapſum non abſque labore cadauer
Extrahitur, fetor ne prodeat inde nociuus,
Viſcera corque ducis ſubhumari iuſsit Hydronti:
Prædita conſiliis ſemper prudentibus vxor,

Et multo reliquum condunt aromate corpus,
Hinc deportari Venuſinam fecit ad vrbem,
Qua fuerant fratrum conſtructa ſepulchra priorum:
Hos prope cum magno dux eſt ſubhumatus honore,
Vrbs Venuſina nitet tantis decorata ſepulchris
A Charoli Magni vel tempore Cæſaris vnquam
Nullos terra pares produxit fratribus iſtis.
Hic ſubhumatorum fabricata iuſsibus horum
Eccleſia, cuius decor vrbis pręnitet huius,
Det veniæ munus rex illi trinus & vnus.

Explicit liber Quintus.

Noſtra Rogere tibi cognoſcis carmina ſcribi,
Mente tibi lęta ſtuduit parere Poeta:
Semper & auctores hilares meruere datores,
Tu duce Romano dux dignior Octauiano,
Sis mihi quęſo boni ſpes vt fuit ille Maroni.

Errata in huius operis editione ſic corrigito.

Fo.1.pa.1.ver.2.del.virg pag.2.ad ſcho.leg.Rogerus & del.vir.pag. ead.ad ſcho.poſt.cap.po.1.verſ.6 poſt dict.venrus virg.ver.12.del.co. cuius lo.virg.ver.18.leg.cuicmque.ver.19.del.pun.fo 2.pa.1.ver.9,leg. ſubire.ver.20.poſt dict.niues del.vir.p.2.ver.23.leg.roboris.f.3.p.1.ver. 22.del.co.cuius lo.vir.p.2.ver.16.del.vir.poſt.dict.agminis & po.poſt dict.eſſet.ver.24.del.co.poſt dict.cuidam,fo.4.pa.1.ver.11.pun.ad.fi. ver.15 del.pun.ver.17.virg.ad fi.ver.23.del.virg.ad fi.ver.ſeq.poſt dict. ſpem.vir.p.2.ver.19.leg.faſce.f.5.p.1.ad ſcho.leg.quęſiuerar.ver.22.del. virg.ad fi.ver.23.del.pun.ad fi.ver.vlr.del,co.p.2.ver.12.del:virg.poſt dict.his.ver.25.del.virg.poſt dict.ſupra &.po.poſt dict.memini.verſ. eod.del.co.ad fi.ver.ſeq.pun.ad fi.eodem.ver.leg.cernés.f.6.p.1.ver.2. leg.inſignis.ver.6.leg.pedeſtris.ver.8.pun.ad fi.ver.ſeq.del.virg.poſt dict.ped.p.2.ver.1.del.vir.quæ poſt dict.planicies.ver.5.del pun.ad fi. ver.10.del.vir.ad fi.ver.19.del.co.poſt dict.aufidus cuius lo.vir.ver.26. del.virg & pun.f.7.p.1.ver.20.pun.ad fi.p.2.ver.1.del.co.ad fi.cuius lo. vir.ver.2.leg.imprimir.ver.10.leg.obtinuir.ver.14.del.vir.ad fi.cuius lo.pun.f.8.p.1.ver.3.leg.auirę ver.ſeq.del.vir.ver.22.pun.ad fi.p.2. ad ſcho.leg.deleta.ver.6.pun.ad fi.f.9.p.1.ver.3.del.vir.poſt dict.licer.po. poſt dict.pauper.ad ſcho.leg.humeris.pa.2.ver.20.pun.ad fi.ver.ſeq. del.vir.f.10.p.1.ver.2.pun.ad fi.ver.5.del.pun.ad fi.cuius lo.virg.pa.2. ver.7.leg.pars.ver.13.pun.ad fi.ver.vlr.del.vir.f.11.pa.1.ver.8.leg.eſſe. f.12.pag.1.ver.14 pun.ad fi.pag.2.ver.1.leg.fœlicia.f.13.p.1.ver.3.pun. ad fi.pa.2.ver.vlr.leg.veſcebantur.f.15.ver.7.leg fugiatur.f.17.pag.1. ad ſcho.leg.Traionopolim.f.18.pa.1.ver.3.pun.ad fi.p.2.ver.4.ad fi. del.vir.f.20.p.1.ver.15.vir.poſt dict.Oiani.f.21.pa.1.ver.19.leg.rurrim. ver.ſeq.del.virg.ad fi.ver.virg.f.22.pa.2.ver.12.del.virg.ver.13.del.co. cuius lo.vir.f.24.pa.2 ver.3.del.vir.ver.14.del.vir.ver.17.del.co.ver. ſeq del.vir.cuius lo.pun.ad fi.ad ſcholia leg barum.f.25.p.1.ver.8.leg. mirantibus.fo.27.pa.1.ver.14.del.vir.ver.ſeq.leg.præcipir.f.27.pa.2. ad ſcho.leg.Melfia de qua ſup.f.29.pa.1.ver.3.leg.conuenere.ver.ſeq. leg.faueat.f 31.p.1.ver.5 poſt dict.his leg.dux.f.37.p.2.ver.2.poſt dict. lachrymans.vir.ver.13.poſt dict.illos pun.f.38.ver.13.leg.operumque f.39.p.1.ver.4.leg.diruar.ver.9 del.co.cuius.lo.vir.f.41.p.1.ver.26.del. co.cuius lo.vir.f.42.p.1.ver.13.del.pun.f.45.p.2.ver.23.leg.opacam.f. 46.p.2.ver.leg.Inſtrumenta.ver.4.ad fi.pun.f.51.p.2.ver.18.leg.rimidi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AD EMINENTISSIMVM

S. ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALEM

ANTONIVM BARBERINVM,

ARCHIEPISCOPVM, ET DVCEM REMENSEM,

PRIMVM FRANCIÆ PAREM,

ET SVPREMVM GALLIÆ ELEEMOSYNARIVM.

FALLIMVR? an longis tua demum ECCLESIA votis
Euicit, ſacri decus oſtri, & gloria, PRINCEPS
Inclyte, vt incolumi mox te & præſente fruatur?
Deſponſæ dudum fueras deuinctus amore
Vnanimi, ſed enim ſanctos volüere morari
Amplexus fata, vt jungi feliciùs olim,
Auſpice vel ſaltem ſub proſperiore liceret.
Fama eſt, Tergemini qui jam modò ſumpſit habenas
Imperij, cœlo certè demiſſus ab alto,
Hôc tibi confeſtim firmato munere, munus
Delibaſſe ſuum, curam hinc inijſſe paternam,
Híncque admotam illi ſacra ad molimina dextram.
Nec verò auſpiciis poterat melioribus vti,
Nec ſpecimen recti præbere illuſtrius, æqui,
Ac ſancti, quorum inde dedit longo ordine plura,
In cultúſque pios, in Relligionis honorem,
In commune decus, ſimul & commune leuamen;
Sícque, dies intra paucos, moderaminis annos

Digitized by Google

Vt poſſit jam nunc multos impleſſe videri;
Si, cumulata breui quæ tempore, digerat acta
Quis numerans, aut hiſtoricus rite explicet ordo,
Quid non ſperemus, ſi quod communibus illi
Optatur votis, ſpatioſum excurritur æuum?
Si PETRI non ille dies tantùm implet, at vltra
Progreditur longè, nec ſpes nos lactat inanis?
Quod non ſanabit dextro medicamine vulnus?
Quæ non docta manus diſſuta reſarciet, ægra
Firmabit? Quis Chriſticolam rerum exitus orbem,
Aurea quámque manet ſeries? ſed pangere tanta
Non noſtræ eſt operæ, nec ſeſe vt talibus ipſe
Iam dudum accinxit, ſtudióque parauit, & vſu
Multiplici, cunctis defunctus honoribus, illum
Ad ſupremum apicem noto jam tramite longè
Deductus, magnâ curarum & parte probatus,
Illîus quæ dudum humeris incumbere ſueta.
Illa canant alii, magno quibus ore licebit,
Aut quibus ipſe ſui partem conceſſerit œſtri,
Quô juuenilem animum numeros detorſit ad iſtos
Muſarum ſummus quondam, Phœbíque ſacerdos.
Nec taceant, illi ſplendor longo agmine quantus
Per veteres defluxit auos, bellóque togáque
In patriis claros per ſæcula plurima faſtis.
Dotibus ille tamen malè commendetur auitis,
In fontem qui tot, verſo velut amne, refudit;
Nominis & famam qui ROSPIGLIOSIVS abdit
Sub CLEMENTE latens, quódque hinc decus, abdicat omne,
Sed quod præſentes claret, ſeróſque nepotes.
Orſus illa quidem noſtros ſuperare fatemur.
At nec longè operæ fuerint credenda minoris
Inclyte quæ nobis PRINCEPS das ipſe canenda,
Romanæ quamuis te pompæ excerpis, & hîc te

Legitur in hiſtoriâ Piſtorienſi anno 1$\not{1}$6. Gêtem Roſpiglioſiam, jam tum illuſtrem, & magnis affluenté diuitiis Lamporcio Piſtorium immigraſſe, ibíque ſedē fixiſſe. Credebatur autem eadem Gens aliquot antè ſæculis Me-

diolano Lamporecium conceſſiſſe.

Subductum à turbâ media ipſa LVTETIA cingit;
Ingeniique premis (fas ſit mihi prodere) dotes
Permultas, quanto niſu ſtudióque minores
Oſtentare alii, menſuræque addere certant.
Qui ſis interea nec te, Vir ſumme, videndum
Vſque negas. vltro te, cùm res exigit, offers
Ingentem, dignúmque tui, cùm poſtulat vſus,
Spes non tantùm implens, vota at præuertere ſolers.
Excurſúque velut facto, ſic deinde latenti
Te reddis vitæ, lux vt ſe attemperet aptè
Dulcibus his tenebris, nec dedigneris amicis
Priuati alloquii quibus impertiris honorem,
Diuinæ quoque mentis opes affundere largas.
Illos ô ſuperi tenet admiratio quanta,
Intima dum mentis rimaris acumine cuncta,
Iudiciíque notat dum calculus omnia prudens
Et certus, circum nullis erroribus actus?
Quæ rurſum aſcito dùm tu velamine celas
Vt ſpernens, faſtidiri quis neſcit honores
Iam tibi; prælongo ſic copia viluit vſu,
Et tædet laudum ſaturum, famæque prioris?
An non tu, Patruo qui ſub Duce, & auſpice ſummo,
Regnum es Chriſti olim & ſanctum moderatus ouile?
Imperii qui ſummi Atlas, columénque ſecundum
Es viſus cum Fratre, oſtri nunc Principe ſacri,
Qui pietate orbem & meritis ingentibus implet?
Num tu, Romulidum qui Gloria clara, decúſque,
Deliciæque fuit; generoſus quippe, benignus,
Amplus, largifluus, cuius nec munera metâ
Includi poterant, nec munificentia fine,
Quòd circumſpiceret, quà ſeſe effunderet vſque?
Ingenium ſi cui, ſi cui non publica vena,
Et non vulgari quæ pennâ exurgeret auſu,

Hîc poterat ſeſe te commendare Patrono
Omnigenis apto Doctis natóque fouendis,
Atque capi merito qui te patereris ab omni.
Gratia pigra fuit, clauſa indulgentia nulli.
Non ſecùs ac prædâ gaudet venator opimâ,
Mercator lucro, capto Dux hoſte; merenti
Cùm dare contigerat, rebaris id ipſe Triumphos
Eſſe tuos, cuncta interea diſcernere velox,
Nec quis erat minimum tibi fucum obtendere cautus.
Námque etiam noſtrâ quid non rimaris in arte.
Iſtâ in Pieriâ, in noſtris numeriſque modíſque?
Te nullæ hîc fugiunt veneres, nec ſi qua probari
Digna minùs. viuit tam gnaro in Iudice certè
Patruus, Aonii celeberrima gloria cœtûs.
Iam ſceleris purus, quámque es vitæ integer idem,
Moribus haud tantùm, quales Natura benignè
Inſeuit, vel quos ſtudio Sapientia iuncto
Excoluit, verùm & CHRISTI quos perpluit alma
Gratia purpureo decori decus addita ſummum?
Quis digno magnam illam animam celebrauerit ore?
Carmine quis digno pectus tam dixerit amplum,
Quô curæ vis eſſe tuæ qui ſorte prematur
Immeritâ, caſus quiſquis patiatur iniquos?
Vt taceam reliqua, at certè poterítne ſileri
Quàm Regi & Regno deuotus, pectore forti,
Inuictóque animo, propugnans Gallica iura,
Aſſertorque potens, Romanâ es viſus in vrbe;
Non ſolùm fortem, cùm res tempúſque vocabant,
Præſtando Gallis animum, ac ſubeundo labores
Herculeos, ſed nec parcendo ſumptibus vllis,
Inque tuos veluti totâ migrante penates
Galliâ, & his Romæ veluti communibus vſâ?
Quis numeret, longis quàm multa impenderis annis;

Vnde tibi Rex eſt, cum Regno, obſtrictus amore
Perpetuo, & meritis quæ nulla oblitteret ætas?
Atque hinc Terra tibi nunc patria creditur eſſe
Gallia; feciſti nimirum & amore perenni,
Officiiſque tuam, vicítque electio ſortem
Natalem, affectu vicit patria iſta ſecundo.
Nempe & adoptiuis interdum gratia natis
Maior ineſt, ac Naturæ plerumque repugnat
Iudicium, emendans & quæ peccauerat illa.
Plerumque & fluuius natalem deſerit oram,
Illâ dedignans ſemper decurrere, terras
Et rigat externas, ditátque feracibus vndis.
Talem te ſpectat tua læta ECCLESIA, dudum
Spe tracta ambiguâ, viduæque in veſte, tuóque
Nunc ſperans radiare, ſitum detergere, ſueto
Splendore, ac famâ non tantùm & nomine noto.
Scilicet experta eſt propriâ in ditione recenter;
Ruſtica dum curis CORVILLA addicta leuandis

Coruilla caſtrum Archiepiſcopale in ditione Remenſi.

Antè erat inſtanti modò collapſura ruinâ;
Sed lapſum aſſeruit minitantem, illámque nitori
Reſtituit veteri tua Magnificentia, quando
Nondum ad Sponſam aditus, Româ renuente, patebat,
Híncque illam, ſpatio propiore, occultus amator
Ambibas, pia quò poſſent commercia jungi.
Vidi, ſecretum quos junxit fœdus, amantes
Ardore haud alio nutum expectare paternum,
Sollicitóſque dies, & amaras ducere noctes,
Interea ſpes occulti ſolamine forſan
Paſcere colloquii, miſſiſue hinc inde tabellis.
Sic, nutum ad ſimilem, Coruilla eſt commoda vobis
Aptáque viſa faces admittere conſcia veſtras.
Quare interdum illic voluiſti figere ſedem.
Nec tuus hic certè ſeceſſus inutilis illi,

Digitized by Google

Nec deſes : námque es propior ſic viſus abeſſe,
Ad Sponſæ ornatum, vel ſacra ad commoda curas
Vt fueris conferre omnes promptúſque ſagáxque.
Cura fuit cuncta à notis pietate miniſtris
Doctrináque regi, partéſque vt ritè ſecundas
Impleréntque vices, te ſufficiente perennem
Ex illâ ſtatione animum, vìréſque recentes.
Nec certè exemplis caret hæc tua peruia virtus.
Terræ in viſceribus latitans ita ſcilicet aurum,
Tam longè ſemota licet, cœleſtia fingunt
Corpora, & occulti ditant ſplendoris amictu,
Quem quis non ſtupeat tantos penetrare receſſus?
Gurgite in immenſo ſimili ratione lapillos
Abſentis dicunt radiis coaleſcere Solis.
Sic abſente & tu moderamine nauiter vtens
Quà licuit, clarum fulſiſti, & ſydus amicum,
Fœcundúmque. Ecquid cùm mox propiore micabis
Lumine? cùm præſens totum jubar exeret orbem?
Gemmarum ſplendorem an non lapis induet omnis?
Fortunata dies, cùm demum affulſerit illa,
Támque diu dilatæ aderunt cùm tempora tædæ,
Cùm dabitur veras audire & reddere voces,
Extera quas tantùm valuit committere lingua
Huc vſque, aut ſcriptis mandare reciprocus ardor.
Quamuis ſenſa animi ſignis impreſſa diſertis
Hîc fuerint, oculos auidè, mentémque morata,
Quàm magis affatus præſénſque frequénſque beabit?
Splendens illa Agni poterit mox Sponſa videri
Mundo ornata auro, biſſenis fulgida gemmis,
De Cœlo delapſa nouum Cœlum & noua Terra.
Pronubus ipſe adero, ſacrâ comitante Thaliâ,
Atque exultanti dabitur præcedere greſſu.
Ille ego, cui felix Hymenæi cura canendi.

(Illam námque meus cuiuis præcerpſerit ardor)
Iſtas in voces erumpam. SPONSA beata,
Quæ genus à primis ducens Heroïbus , alto
Clara ſedes ſolio , votis hinc mille petita,
Dote licet paruâ, ni dos ſit maxima virtus,
Primáque nobilitas , & gloria nominis ingens,
Totas pande fores. Tuus aduenit ecce, ſuperno
Ille caput qui rore madet, madet ora , manúſque,
Et cuius primam tornatilis, aurea, myrrham
Dextra tibi ſtillans Hyacinthis plena refulget.
Tu violas manibus , manibus tu lilia plenis,
Et frontem redimita roſis Sponſo obuia defer.
Floribus omnigenis valles ne ſedula ceſſes
Et montes ſpoliare tuos , & olentibus illum
Spargere muneribus; nec fragrans deſit amomum,
Ac dilecti oris tandem caſta oſcula liba,
Et ſoboleſcat amor numeroſo pignore veſter.

IOANNES MAVRY.

PARISIIS, Typis IOANNIS BAPT. COIGNARD. Cum permiſſu. 1667.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

LODOICI XIII.
FRANCORVM
ET
NAVARRÆORVM
REGIS CHRISTIANISSIMI
EXPEDITIO IN ITALIAM
PRO
CAROLO DVCE
MANTVÆ VIII.
MONTIS FERRATI VI.
& Niuernij.

BIBLIOTECA NAZ. V. E. VITTORIO EMANUELE

PARISIIS,
Apud C. MORELLVM Typographum Regium,
viâ Iacobæâ ad inſigne Fontis.

M. DC. XXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO DOMINO
D. MICHAELI DE MARILLAC
FRANCIAE PROCANCELLARIO.

MILITIÆ Hebrææ Ductor ter Maximus Heros
Iſaïdes iubet vt, qui vallum & caſtra tuentur,
Dum reliqua aduerſos acies defertur in hoſtes,
Partem habeant prædæ hoſtilis ſpoliíque relati.
Noſter at Iſaïdes celſas dum fulminat Alpes,
Inque rebellantes populos ciet vndique martem
Bella gerens Domini, non vt ſua regna propaget,
Sed quò quiſque ſuâ tutò ditione fruatur,
Æternóque Deo iuſti reddantur honores,
Partitur tecum peragenda negotia Regni
Militiámque ſagi retinens ac arma regenda
Et ductare acies, & mœnia ſternere ferro,
Militiæ tibi dat regimen curámque Togatæ,
Atque Palatinis Vigilanti incumbere caſtris
Principis Effigie, tutis, quæ inſculpta metallo
Auſpiciíſque tuis ſacratâ reddita cerâ
Oſtentat noſtri præſentia numina Regis
Limite regnorum toto, populíſque remotis
Suſpicitur, faciles qui ingentia iuſſa capeſſunt,
Non vi, ſed preſſo intrepidè tibi tramite ſanctæ

Digitized by Google

Iuſtitiæ, à cuius ſartâ tectâque ſalute
Pendet in æternumfirmanda potentia regni.
O Tu Fatorum, (ſi quæ ſint inuida Francis)
Auerrunce potens! quo Conſultore premantur
Atque ruant placidis hoſtiles ſenſibus artes,
Quo magnum in bellis Regem comitante, trophæa
Parta fuêre, tuóque domi genio omnia rectis
Conſiliis acta, & quorum pars magna fuiſti,
Regali patere hanc hederam intercedere lauro,
Et ſumas quâ fronte ſoles placidáque grauíque
Liligeræ partem prædæ ſpoliíque relati,
Herôem noſtrum generosè imitatus in illo,
Vnica cui ſupereſt de totâ gloria prædâ,
Vtque illum meritus fracto decet hoſte triumphus,
Sit tibi pro iuſtè moderato gratia Regno.

Tibi Deuotiſſimus

Io Bapt, De Machavlt
Senatorius Pariſienſis.

Digitized by Google

LODOICI XIII.
FRANCORVM
ET
NAVARRAEORVM
REGIS CHRISTIANISSIMI
EXPEDITIO IN ITALIAM PRO CAROLO
Duce Mantuæ, VIII. Montis
Ferrati VI. & Niuernij.

CARMEN I.

QVÆ noua ſucceſſit ratio, que cauſa ſuborta,
Aut quæ pacta ratæ pacis violata malignè,
Francigenas acies Italo acciuêre labanti,
Expediam, Tu præ manibus cui corda repoſta
Magnanimûm Regum, & populorum flectis habenas,
CHRISTE faue, fauſtóque tuo da Flamine ferri.
Regna quidem Italiæ, Francorum Regibus olim
Legibus armorum certóque iuuamine cœli
Communique hominum voto dominata fuêrunt.
Fatáque pro genio Regum cecidêre viciſſim
Læua modò, & modo fauſta ſibi alternantibus armis:

Digitized by Google

Iuſtitiæ, à cuius ſartâ tectáque ſalute
Pendet in æternumfirmanda potentia regni.
O Tu Fatorum, (ſi quæ ſint inuida Francis)
Auerrunce potens! quo Conſultore premantur
Atque ruant placidis hoſtiles ſenſibus artes,
Quo magnum in bellis Regem comitante, trophæa
Parta fuêre, tuóque domi genio omnia rectis
Conſiliis acta, & quorum pars magna fuiſti,
Regali patere hanc hederam intercedere lauro,
Et ſumas quâ fronte ſoles placidáque grauíque
Liligeræ partem prædæ ſpoliíque relati,
Herôem noſtrum generosè imitatus in illo,
Vnica cui ſupereſt de totâ gloria prædâ,
Vtque illum meritus fracto decet hoſte triumphus,
Sit tibi pro iuſtè moderato gratia Regno.

Tibi Deuotiſſimus

Io Bapt, De Machavlt
Senatorius Pariſienſis.

LODOICI XIII. FRANCORVM ET NAVARRAEORVM REGIS CHRISTIANISSIMI

EXPEDITIO IN ITALIAM PRO CAROLO
Duce Mantuæ, VIII. Montis
Ferrati VI. & Niuernij.

CARMEN I.

QVÆ noua ſucceſſit ratio, quę cauſa ſuborta,
Aut quę pacta ratę pacis violata malignè,
Francigenas acies Italo acciuêre labanti,
Expediam, Tu prę manibus cui corda repoſta
Magnanimûm Regum, & populorum flectis habenas,
CHRISTE faue, fauſtóque tuo da Flamine ferri.
Regna quidem Jtalię, Francorum Regibus olim
Legibus armorum certóque iuuamine cœli
Communíque hominum voto dominata fuêrunt.
Fatáque pro genio Regum cecidêre viciſſim
Lęua modò, & modo fauſta ſibi alternantibus armis:

Digitized by Google

Quǽque Valeſiadis poſſeſſa Heröibus antè
Franciſco, Henricóque, reuellere nullus iniquæ
Bellonæ euentus valuit, Philibertus adulans,
Carlo regna ineunte, vafrâ demeſſuit arte:
Et quæ trans celſas iuſtè poſſedimus Alpes
Conſiliis ſeruata bonis & ſanguine multo,
Hauſit iniqua dies, & tradidit vna Sabaudo.
Tempore ab hoc Itali fines ac oppida, Francis
Regibus intentata diu manſerè quieta,
Donec ab Henrici Terni patiente Sabaudus
Nil genio ſibi triſte timens, ac tempora captans
Apta, Salußinas inuaſit Carolus arces.
Succeſſere breui Francis ciuilia bella,
Libera queis eſt facta Duci, ac indulta poteſtas,
Et firmare nouas ſibi opes, raptóque potiri,
Aſt vbi Borbonidis placidum Regalia Numen
Sceptra tenenda dedit, non talia paſſus inultè
Henrici mens alta, Ducem ſed marte coëgit
Et pacem rogitare, & iuſſa capeſſere victum.
Nec tamen vlla quies auſis Ducis, ac ſibi tuta
Cuncta putans morte Henrici, & ciuilibus armis
Quæ LODOICVM *agitant, quoquò ſe vertat, acerbè,*
Francigenûm ſceptri notos adoritur amicos.
Quos (veluti laceras naues furioſa procella
Abſorbêre parat, diriſque euertere ventis,
Quàm prius appellant terris, & littore capto
Deponant nautæ madidas ſalſugine veſtes,
Atque rates ferri morſu firmentur adunco)
Sedibus eiiciat, Regni dum robur, & omnis

Militia incumbit veteres punire rebelles,
Pro quibus Oceanus pugnans, & Doride cincta
Regna Britannorum Franco bellanda fuerunt,
Et cecidêre ſuo Mauortia victima Regi
Numinis auſpiciis, à quo Sol iuſſa capeſſens
Sol curſu leuior, famæque citatior alis
Ipſe vnus locupleſque tot inter ſidera teſtis
Prælia Liligeri Regis vulgare per orbem
Paruit, & populos Nereus quos vndique noſtris
Undique quos dirimit terræ diſtantia regnis
Quæ vidit; longè latéque effudit in omnes.
Sed ſatis eſt luſtraſſe feras, Sol inclyte, gentes
Francigenæque Ducis narraſſe ingentia facta.
Flecte viam Occiduos verſus, pete Francica regna.
Vix humeros chlamyde exuerat, vix caſſide frontem
Rex LODOICVS*, honos Regum, ſpes fertilis Orbis,*
Lege datâ Oceano, pulsâ bis claſſe Britannâ,
Séque Lutetiacæ plebi cum principe pompâ
Spectandum dederat, lætum pæana canenti,
Auratáque domo reſidebat ad otia victor,
Dum cælo deſæuit Hyems, Zephyríque tepentes
Relliquias belli brumâ frigente doloſô
Suppoſitas cineri, reſtinguere marte dediſſent,
Vere nouo ſtatuens in eos diſtringere ferrum
Mandatis quicumque ſuis parêre recuſent.
Vrnigero ſed adhuc frigebant ſidera ſigno,
Suppetias veniat cincto obſidione Caſali
Dux rogitat Regem Carlus Gonzagua Niuernî,
Vincentî cui morte Ducis ius vrbis opimæ

Lambit olorifero cui mœnia Mincius amne,
Celsáque Ferrati ceſſerunt pergama Montis.
Quémque gradu propiorem & ſanguinis ordine primum
Hæredem inſtituens Princeps Vincentius vnum
Primigeno illius dederat pro coniuge natam.
Inuidit ſed Iber propè ſe tam grandia Franco
Incrementa viro, & totum ſpe deuorat orbem,
Vicináſque ægre patitur ſuccreſcere vires;
Suſcitat imperitandi auidum, vanúmque Sabaudum,
Qui lites bis dena mouens poſt luſtra quietas
Non ſtet dictatis à Carlo Cæſare quinto
Iudiciis, quibus hic, poſtquam feſtina tulerunt
Fata Palæologos, Ferrati mænia Montis
Gonzagua addixit Domui, renuente Sabaudo,
Qui quas iure nequit, bello ſibi vendicat arces,
Cúmque Niuernenſem Francorum marte tuendum
Noſſet, in ambiguo eſt quid agat, tamen vna rebellis
Dat Rupella animos, ſterni quam denegat vllis
Viribus, & Franci dominatum admittere ſceptri,
Scilicet extructas circum vndique moenia moles
Immanéſque operas, & ſaxis addita ſaxa,
Audierat, ſociiſque palam rata pacta Britannis,
Queis ſolidæ regni nequeant obſiſtere vires,
Omnia tuta putat, LODOICVM at bellà ciêre
Debuerat meminiſſe (amens) Duce & auſpice CHRISTO
Et ſibi ſalua opibus nuper decora omnia Francis.
Ecce igitur modò quos hoſtiliaad arma ruentes
Deflebant Itali, & populatas ciuibus vrbes,
Et quos poſt varios caſus pacauerat ægrè

Pontificis

Pontificis grauitas, Francíque minacia Regis
Fulmina; conſpirant iunctis ad prælia turmis,
Et dextras ſociant, ne quiſquam ſanguine cretus
Francigenâ, mediis Italûm dominetur in oris;
Regnáque Gonzagua Carli partitur Iberus,
Et ſpe Ferrati Montis depaſcitur arces,
Quod patitur tolerátque volens nolénſque Sabaudus
Dummodo communi cedat ſibi Mantua marte.
Cæſar & agnati, fas præter, fautor Iberi,
Inueſtire Ducem dubiâ quaſi lite moratur,
Debitáque Imperio obſequia acceptare recuſans
Ferrato pro Monte, amborum à partibus hæret.
Gens fidei lapſæ, ſeruandi neſcia Iuris.
At pius has fraudes & tentamenta maligna
Improbat, & dirimi VRBANVS *ſine ſanguine cauſam*
Suadet amans pacis. Cœli ſed nulla furentes
Iura mouent, non conſiliis manſueſcere dura
Corda valent, quibus armorum ſcelerata libido
Imperiíque ſitis, non iuſta capeſcere bella
Pellit, & occultis fraudes inuoluere pactis.
Scilicet egregiam laudem, famámque feretis
Auſtriadæ, longos quæ duratura per annos,
Affini cum Rege rebellibus arma mouente
Corde ſimultates ficto exercêre latentes,
Moliri inſidias & duris rebus abuti:
At meminiſſe iuuet paulò poſt funera Magni
Henrici, lacrymis cùm Francia tota maderet
Pannoniam quantùm potuit ſedaſſe frementem
Miſſo vno Procerum nato de ſanguine Regum

Digitized by Google

Qui ſermone graui veſtros perterruit hoſtes.
Pollicitos pacem, modò vos ceſſetis ab armis,
Et memorate olim (vos ô Dotalia ſceptra
Quos in celſa ferunt, quibus & ſub Virgine naſci
Conceſſum, Auſtriadæ) vobis acceſſio ceſſit
Francâ quanta domo, quodque Archiducatus in vnâ
Vendobonâ vrbe prius, nunc regna aſſurgat in ampla
Fœmina quæ vobis Burgunda, è ſtemmate Franco
Ingeſſit, nidóque dedit diſtendere pennas,
Celſiùs efferri cunis, ſuper æthera tolli.
Hinc faſtus, grandéſque animi, & tentamen Ibero
Oppreſſum iniuſtis orbem ſubmittere ſceptris,
Partim armis, partim laqueïs pietatis & arte;
Francia ni ſiſtat, niſúſque retundat inanes.
Deucalionæis moles opponitur vndis
Albio quanta ferax ſaxoſaque littus Ierne
Altiùs inſurgit, ne cùm Neptunius æſtus,
Belgica regna furens immanibus obruat vndis,
Francia, ad Europæ regnorum commoda ſpectans
Tanta ſuis armis auſus effringit Iberos.
Ne libentur opes cuiuſquam fœdere iuncti
Et ſua ſtet ditio Dominis immota vetuſtis.
Talia dum molitur Iber adſtante Sabaudo,
Omnipotens Genitor, qui fas humanáque iura
Frangentes properè caſtigat, & excitat iræ
Vltorem ipſe ſuæ, tandem reſpexit ad arma
Liligeri Herois, Rupellæ ad mœnia binis
Quæ tulerant annis, hoſtes, Thetin, Anglica vela
Mouit eum pietas Regis, quo iuſtior, alter

Digitized by Google

Non fuit à ſeclis, non obſeruantior æqui.
Ergo iubet pictis auro Victoria pennis
Æthere ab excelſo, Franca ad tentoria ſidat:
Et ciues, Rupella, tuos, ſociúmque Britannum
Impexa horrendos ſubeat Diſcordia crines:
Ilicet excedit mediis de nauibus Anglis
Vnanimis, ſocióſque inter fiducia concors.
Iurgia ſuccedunt, queritur de Ciuibus Anglus
Conuentis cum Rege ſuo non ſiſtere pactis.
At Ciuis rate vectus, opem patriæ dare preſſæ
Feruidus, ignauæ formidinis arguit Anglum,
Quodcum Rege parùm inſtructo confligere tardet,
Ipſe benè ornata qui perſonat æquora claſſe,
Diffidénſque ſuis rebus, confidere Regis
Natiui eſſe putat ſatius clementiæ & armis,
Quàm ruere imbellis timido ſub marte Britanni.
Qui celare fugam reditus ſub nomine tentans
Obſidibus pedicas, inimicáque vincla minatur.
Ecce igitur cinctæ præerat qui nauibus vrbis,
Secedit, propiúſque adſtans in littore curuo,
Accedit ſupplex, Quo conſultore mouetur
Quo ſecura ſedet totius machina regni
Magnanimis Richelliadem conatibus aptum,
Seruitióque offert ſeſe, & ſua carbaſa, Regis:
Ille Quirinali trabeá ſublimis & oſtro
Excepitque hominem placidè. Dominique ſalutem
Nomine pollicitus, modò ſe, & turgentia iuſſis
Suppara ſubmittat, ſociiſque renunciet Anglis:
Paret homo dictis, claſſi ſua vela Britannæ

Digitized by Google

Amouet, & gratus Regalia caſtra ſubiuit:
Ille dies nobis fulſit lætiſſimus vnus
Rupellanæ vrbis mox deditione ſecutâ,
Primitiæ celebris quæ cedet adorea Regi,
Déque Rebellantum reliquis, & Ibere remoto.
Nuncius intereà dimiſſus ab Alpibus altis
Aduolat, Italiam fremere & feruеſcere bello,
Hiſpanum cinxiſſe graui obſidione Caſale.
Parte alia captas Albam, Trinúmque Sabaudo,
Et ruere oppreſſos Francis qui fœdere iuncti
(Si modo ab Italia fidi ſperentur amici.)
Audiit intrepidus quicquid furialiter actum
Conſpirata phalanx ſe contra orditur & audet.
Senſit quantus ei redeat labor actus in orbem,
Auxiliúmque parat LODOICVS, *& inſtruit arma,*
Dúxque ſit ipſe via (Quid Rex Iuſtiſſimus, armis
Deneget oppreſſo, titulis & legibus æquis
Subnixo, Indigenæque, & auorum ſanguine iuncto?)
Et quod ius læſum nuper damnabat ab Anglo,
A Rege Heſperio ſacris qui iungitur iiſdem.
Vix credit. dubióque anceps percellitur æſtu,
Accelerauit iter, compoſtíſque vndique rebus
Belligero regale latus ſuccingitur enſe,
Frangat vt Hiſpanos faſtus, auſúmque Sabaudi
Puniat, & ruptam repetat cum fœnore pacem.
Vt ſi quando inferre procul lacrymabile bellum
Romulidis viſum Patribus, tum ferrea Conſul
Limina Bifrontis Iani reſerare ſolebat;
Nec ſatis hoc, foribus valuæ bipatentis apertis

Digitized by Google

Arduus Imperio, ſæuæ tendebat ad ædes
Bellonæ, hanc iuxta ſeclis extructa vetuſtis
Bellica ſurgebat cognomine dicta columna,
Quam propè ſtans Conſul numeroſo milite cinctus
Adductâ pilum vibrabat in aëra dextra
In quodcumque Orbis fuerant latus arma mouenda:
Siue manum plagam ad Heſperiam, ſeu Solis ad ortum
Seu ſitientem Afrum, aut gelidas conuerteret Arctos.
Et mora nulla, frequens ſequitur Romana iuuentus
Faſce ſub impoſito, via militis impete feruet:
Sic vbi conſilio Procerum Rex Itala verſus
Regna mouêre parat bellum, Burgundáque liquit
Arua, Domo comite, & Rhodani vada nota propinquat
Delphini Gentes adiens de nomine dictas,
Undique conuenêre quibus ſunt prælia cordi,
Millia quot Rupella cadens haud viderat vnquam,
Conſpirántque animis omnes, opibúſque parati
In quaſcumque volet bello deducere terras,
Nil veriti largos brumæ intractabilis imbres.
Alpinas nec Franca niues, nec frigora pubes
Horret, inaccessas Rege auſpice tranſiget Alpes,
Tantus amor ferrum & flammas Inſubribus aruis
Inuehere, & notis olim à Sirene ſepultâ,
Dictáque de veteri ſubuertere mœnia Iano.
Turdus vti viſcúmque tibi, damnúmque paraſti
Nomine cum Regis monitus ſermone benigno,
Fœderibus ſtare impoſitis & ſiſtere bellum,
Dixiſti imprudens, tibi nil differre an amicum
Anne inimicum habeas Regem, quo vindice nuper

Turribus, & latæ circùm faſtigia foſſæ,
Millia belligerûm plus quàm vicena virorum
Oceaníque feracis opum commercia crebra,
Et portum humanis vulgatum haud poſſe recidi,
Viribus, auxiliúmque ferentes claſſe Britannos
Æquorei tractus dominos, maris arte peritos,
Reſciat atque anno tot opes cecidiſſe ſuperbas.
Fræna Thetin paſſam, portum ſaxi aggere clauſum,
Terga dediſſe Anglos, nec Francis puppibus auſos
Conſeruiſſe manus, quamuis pro Rege parones
Obſtarent pauci, concluſos vndique ciues
Suppliciter pro vitâ & libertate precantes,
Mœniáque alta ſuis, turréſque à ſedibus imis
Corruere, & lapſo complerier aggere foſſas.
Quis non inſanire putet noua bella mouentem
In tantum victorem animis armíſque paratum,
Viuere tranquillè licuit cuî fœdere ſaluo?
Ac nec brumalî ſperes te ſidere tutum
Inſolitúmque putes tolerare incommoda Regem
Frigoris, & gelidi trepidare immitia Cori
Flamina, qui didicit Magno à Genitore niuales
Ducere per cautes martem, & frænare Sabaudos,
Non ſua bella gerit Rex liliger, aut capit Vrbes
Marte alieno, operâ ve Ducum, ſtat fortis in armis
Ipſemet, vt qui artes Bellonæ ex vbere ſuxit,
Et cirros galea premere, & fulgentibus armis
Scit lauare humeros, rutiloque accingier enſe,
Et luſtrando acies Libycum obliquare frementem.
Perdius armari, nullóque ruiſſe labore,

Ipſe agit excubias, & quemque ad munima mittit
Fortiáque illius miratur pectora miles.
Cum varias belli Mauortius extudit artes
Atque Duces ab eo reliqui caſtrenſia diſcunt.
Vos igitur, qui cùm indigenas LODOICVS *in hoſtes*
Irrueret, promerétque infidæ mœnia plebis,
Iactaſtis, lapſurum opibus, miniméque daturum
Fræna rebellanti, portus munimine tutæ
Regis & innixæ peregrini viribus vrbi,
Qui de liligero feciſtis ſegmina regno,
Proxima quiſque ſibi rapidâ dum mente voraret,
Purpureos inter comites, conuiuiáque vncta,
Bellonæ ſcia gens ſolo ſermone, librísque,
Arma citi, capite arma, nouis accingite dextras
Artibus, & properate manu, ſeu regna tueri
Obſequio, ſapienter aget quicumque leoni
Obuius, irarum iuſtos placauerit æſtus,
Non ſitu pellax & belli cauſa Sabaude,
Celſa gigantæo pluſquàm conamine tentes,
Alpina Alpinis inuoluere culmina clauſtris,
Mole ſuperpoſitâ moli, Rhodaníque fluenta
Obtures ſaxis, valles quo largus inundet
Obijciatque nouum medijs in montibus æquor,
Non tibi ſi ſupereſt Epheſinum gramma, Gygæue
Annulus, & quicquid quondam delira vetuſtas
Credidit occultum, & nulli violabile ferro,
Nil tamen efficies quod regia ſigna retardet,
Quæ non Oceani fremitus, non Circius vndas
In cœlum attollens ſublimius Alpibus ipſis,

Non Rupella fremens armis, non Anglica vela.
Nonne vides vt Iber, tibi fida iuuamina belli
Pollicitus; ſibi firmet opes, quibus Itala ſenſim
Regna premat, dubiáſque arces ſibi vendicet vni?
Irritus incœptis erit exitus, & ſua fortis
Si modò defendat, ſat erit diſcriminis hauſtum.
At veniet præclara dies lætiſſima Francis,
Quâ Rex compoſitis regno ciuilibus armis,
Vicinis pare par referet, repetétque maniplis
Armigeris, ſceptro vel marte vel arte reciſa,
Oppoſito ſe credat Iber licet obice tutum,
Quem dat ei natale ſolum, quem celſa Pyrêne
Tendit ab adductis olim à Narbone colonis,
Littora ad vſque maris quæ Cantaber incolit audax;
Liligerum Heroëm, nec Franca morabitur arma.
Quin videat Clodouæî iterum de ſtemmate Regem
Victorem pretioſa Tagi potare fluenta,
Quæque triumphauit Carli vis bellica Magni
Ad ſeros tandem dominanda redire nepotes.
Sed neque res cedent annis venientibus Anglo
Vt prius, occluſa eſt illi quæ porta patebat
Vltima limitibus, regnique in littore Franci:
Quàm durum, quàm triſte fuit, quàm pertulit ægrè
Neuſtriacis olim pulſus decedere terris:
Atque ſalo fractas Aquitano educere puppes,
Verſus ad arma furor, bello obtinuere Caletum
Liligeri infauſtis Regis ſucceſſibus hoſtes,
Sæpius & miſſa tentata Bononia claſſe,
Tandem capta iugo flexit ſubmiſſa Britanno,

Non tulit hoc Francus ſe vinctum compede, donec
Vtraque limitibus Patriis gens reddita, verum
Agnouit Dominum, rictúſque peroſa ferarum
Vtraque diuulſis erexit lilia Pardis:
Indoluêre feræ tales ſibi faucibus eſcas
Eripi, & vndenis legerunt Francica luſtris
Littora, num quis eos preſſus victricibus armis
Liligeri Regis vocet excipiátque rebellis
Mœnibus, vnde ſolo figant veſtigia Franco.
Inſulam in Occiduis Aquitanæ Tethyos vndis
Arri, puêre feræ, fors & direpta fuiſſet,
Si non antiquæ cognominis inſula Diuæ
Cui proprium curru iunctos frænare Leones:
Numen adhuc nullum Pardos ſubmiſerat axi,
Aſt vt fræna dedit Rhea priſca leonibus, atque
Magnifico reſidens circumdedit oppida curru,
Vnica ſic noſtris Aquitanica nympha diebus
Rhœa Caledonios miſit ſua ſub iuga Pardos
Tempore perpetuo dulces actura triumphos:
Vltima terrarum clauſa eſt Rupella Britanno.
Totius & penitus ſecluſum limite mundi
Infauſti capient tandem faſtidia belli.
Atque volet placida cum pace quieſcere tutus,
Mens erit & ſtudio pacis certaſſe priorem
Artibus atque bonis fraterna requirere vincla,
Fœdus inire nouum. fiat, modo duret in æuum
Quo CHRISTVM *quæ regna colunt, quo Roma fruatur.*
Hæc mihi fatidicæ cecinerunt dicta Sorores,
Sic erit, is cœlo rerum modò voluitur ordo,

Talia fata fluent ex quo ſuperauerit Alpes
Milite cincta latus Regis fiducia noſtri,
Cumque animis fractis, & ab obſidione recedens
Flecter Iber alio, pauor obruet arma Sabaudi
Et comes ibit ouans Francis victoria turmis.
Atque adeò decus hoc & Francæ gloria Gentis
Conſilijs Richeliadæ moderantis inibit.
Qui prior in melius mutata Doridis arte,
Anglica deprenſis vela inſidiantia Nautis
Atque graues noſtra pepulit regione Robergas,
Vtilius nullum quàm quod dedit inclytus heros
Conſilium Regi, noſtras deffendere firmis
Puppibus in grandem numerum à prædonibus oras,
Vt cum tuta forent pacataque littora noſtra
Candida felici Nautæ dent carbaſa vento,
Jncurſentque oras gens vnde induſtria Luſi
Et vicinus Iber tot opes exportat auarè
Jmpugnat verſatque quibus furialiter Orbem.
Has etenim leges, & eum niſi Barbara morem
Gens tulit, hoſpitio vt Francus pellatur arenæ
Eoï Heſperijque maris, terráque potiri,
Scilicet ignotos populos & Atlantica regna
Atque procul terras alio ſub Sole iacentes
Heſperijs ſolis Numen cæleſte reuelat,
Quas in fruſta ſecent, capiatque quod aſpicit Ortum
Alter, & Occiduas alter ſibi vendicet oras,
Nec liceat Franco Sinarum ad littora tuto
Tenderé, non Ophyræ Armuzíue appellere terris
Si non & potior, tranſtris excurrat & armis

Cura hæc Pleſsiadæ Francis ſuccurrere damnis
Vt quantas exhauſit opes vis bellica regno
Tantas Oceanus tantas exotica merces
Vecta mari, fauſtiſque Auſtris appulſa rependat.
Aggredere ô laudes meritas, & reddite grates
Francica Gens operi tanto, quod noſtra propago
Proxima ſuſcipiat, referatque nepotibus olim.

CARMEN II.

TV per cærulei conuexa micantia Cœli
Flammantes qui flectis equos, Sol inclyte, teſtis
Milite ab Heſperio cincti obſidione Caſalis
Exemptíque iugo Regis tutamine Franci,
Dum radiis vrbes circumluſtrabis Iberas,
Dum reliquas gentes, ſeu quas diſcrimine paruo
Doris ab Europæ dirimit mediterrea regnis,
Siue etiam reliquo quas gurges Atlanticus Orbe
Diuidit, & noſtras à lumine ſubtrahit Arctos,
Siue Aſiæ populos, terráſque Aquilone peruſtas,
Illuſtres, iterùm memora victoria quanta
Italico ceßit Francis in limite turmis,
Quàm iuſtè Regale premat caput vndique laurus,
Muſa, tuis mandas quæ geſta Heroïca faſtis
Quà veterum Heroûm creti qui ſanguine Franco
Eois patrium ſacrarunt nomen in oris,
Da mihi olorinâ pro viribus edere pennâ
Milite quo cinctus celſas ſuperauerit Alpes,
Quâ, vulgata prius non expugnabilis vlli,
Francorum vi capta Seguſio ceſſerit armis
Arcis tuta tholo, caſtris munita quaternis,
Cum quibus audaci conflixerit agmine victor,

Italicas quotquot ſibi Rex deuinxerit vrbes,
Quas Leges dederit, quæ iura æquiſſima victis,
Ipſa canas; facit elinguem me copia rerum.
Francigena ad rigidas Heros peruenerat Alpes
Quanta ſeges pilorum Italas exſurgit in arces,
Quot fortes animæ, quot duri examina Martis
Ære horrenda caput, ferri geſtamine dextras,
Stricta parata manu, properant, montéſque laborant
Exuperare altos, & caſtra inimica videre?
Quantùm auidè totam peragrant & mente recurſant
Italiam; feruent animis, pede lentius ibunt.
Jllic diuiſis videas ad prælia turmis
Omnigenâ regni pubem de gente coactam
Et quam Francarum tumidus regnator aquarum
Sequana vicinis feliciter abluit vndis,
Quæ Ligeris tractus colit atque fluenta Garumnæ,
Quæque Carentonij piſcoſum fluminis alueum,
Cuiue Arar, aut Rhodanus patria eſt, cui Dordona pugnax,
Conuena, Vaſco ſciens martis, fortíſque Bigerro,
Quóſque penes trepidis fluit orba Druentia lembis:
Interea miles dum martia claſſica pulſent
Bellorum ſimulacra ciens, ſe exercet, & inter
Dura iacet pernox inſtrato ſaxa cubili:
His præerant Crequiuſque potens, vetus hoſtis Iberi,
Et Baſſompetra in Auſtraſiis cui nobile germen
Rauaſtina domus, Germanis ortus ab oris
Scombergus, Rex ipſe Ducum Dux maximus anteït,
Cætera Nobilitas quem corporis aggere cingit.

Digitized by Google

Conſilijs ſupereſt magnis, ac rebus agendis
Ardua mens Richelliadæ, cui exercitus omnis
Incumbit vigili, ne quicquam tempore deſit,
Néue aliud miles, quàm quæ ſua munia curet,
Certus vbi victus ſibi ſuppetat, atque receptus.
Fama volans maturat iter, iuga traijcit alta
Percellitque tubæ victricis Iberica grandi
Caſtra ſono, Francas acies regna Itala verſus
Liligero duce Rege cito contendere curſu,
Concita pernîcis Rhodani ſuperare fluenta
Vrbis Eburduni ſaxoſæ inſiſtere terræ,
Quem regni poſtrema Brigantio mœnibus altis
Expectat, nequeátque inhibere Seguſio paſſus
Ingreſſum, quin Taurinis incurſet opimis,
Et nullis opibus, nulla vi, milite nullo,
Poſſe Ciſalpinas defendit à turbine gentes:
Et tentata diu, & multo ſpectata labore
Conſilijs ea bella geri, non qualibus olim
Antiquî geßêre Duces, quibus impetus acer
Principiis, in delicias deferbuit otî.
Martem & Mulciberem caſtris ſociarier iſtis,
Amborum aſſenſu Venerem procul, atque Deorum
Partes quémque agitare ſuas, illúmque furentem
In medio, armatas ad bella ciere phalanges,
Bellonâ comitante, auidáque cruoris Enyo,
Hunc autem igniuomis baliſtis ſulphur & ignes
Lumine tam certo, & dextra ſolerte daturum
Ferrea vt incaſſum glans nulla feratur in hoſtem,
Ictibus & crebris inimicæ funditus arces

Digitized by Google

Sternantur, ſi quæ iuſsis regalibus obſtent.
Has Richelliadem leges, hæc iura dediſſe
Numinibus ſeruanda iſtis, dirúmque vetaſſe
Exitium Domibus ſacris, caſtóque pudori.
Martiûs excurrit menſis, Mauorte ſecundo
Martigena ingredere, & fauſtâ bonus alite calca
Italiam, quali Macedo pede Perſica regna
Quali Dacorum populos Traianus & Iſtrum
Quali Saxoniam Carlus, Batauóſque Philippi.
Ingredere, & fractis terrore hoſtilibus armis
Si potis es, ſine vi domitor, ſine ſanguine regna.
Peſsimus at genius deducet ad arma Sabaudum
Vt quo preſsit Iber muros pellace Caſalis
Iudicio Cœli iuſto, Aſtræáque petente,
Te magno Victore ſuperueniente prematur.
Aggrediamur opus: ſuperato, Henrice, Sabaudo
Regum Magne, tuis bellis bene prouidus olim
Pacis eas leges dederas, ſecura daretur
Quò via, belligeris equitum peditúmque cateruis,
Italiæ quoties vellent incurrere Franci.
Sed Dux ille vafer, ſtatuit dum fœdera ſancta
Rumpere, Ferratóque à Monte propellere tentat
Gonzaguam, ſubolet quem Franco à Rege tuendum,
Stare requiſitus pactis, ac vana profatus
Abnuit ingreſſum ſibi per dominata daturum,
Atque ſuos aditus molitur marte tueri,
Scilicet Alcidæ magno vim ferre parabat
Pumilio, & clauæ fragiles opponere palos,
Aut capreæ corio exuuias terrere Leonis.

Nouerat Alpinas Cottî de nomine rupes
Acceſſu faciles, quà parua Seguſio ſurgit
Proxima Delphini populis ab origine dictis;
Hac quondam Italicis ferus Hannibal intulit oris
Hoſtica Romanis infeſtior arma, facéſque,
Quáque prius via nulla, viam patefecit, aceto
Ignéque duritiem cautis ſuperantibus ægrè,
Rebus at euerſis bello Carthaginis altæ.
Illic Roma potens aditus quo tutior eſſet
Impoſuit munimen, iter facientibus aptum:
Poſt vbi temporibus Romana potentia lapſa eſt,
Italiam verſus populis, & Gallica verſus
Limina, diuerſi Reges ſua iura dederunt,
Quiſque ſuas ſtabiliuit opes, ſibi prouidus vni
Marte & conſiliis, tunc vile Seguſio caſtrum
Commoda viſa ſitu populos frænare cis Alpes,
Pœninúmque aditum vicino occludere Franco,
Grata ſuis Dominis magnam percreuit in vrbem,
Milite perpetuo, multis & adaucta colonis,
Germano Imperio donec parere recuſans
Iratis cecidit Federici Principis armis
Verſa ſolo, & modicam rurſus decreuit in vrbem;
Illic deinde Duces arcem poſuêre Sabaudi,
Addidit obicibus ſtructis atque aggere terræ
Muminen Dux iſte nouum quod milite complet,
Quattuor id Caſtella tenet, ſed quattuor arces
Quindenis validas Regis tardare diebus
Militiam, tot caſtra parat, tot prælia Francis.
Liliger interea Princeps peruenit ad arces

Vrbis Eburduni, & paucis vbi conſtitit horis.
Conſilio capto Taurinum mittit, ad ipſum
Verba iteranda Ducem, pactum ſeruare fidele
Atque vias aperire. dies quot quæreret ante
Quàm reſponſa daret, tot nuncius huic daret horas.
Iuſſa capeſſiuit Regis Vallancius Heros
Notus & ipſe Duci, mandatáque ſedulus implet.
Dux hæret, nectítque moras reſponſa petitis
Reddere, ſed premit ille & quadragena virorum
Millia lecta docet regnis inſtare propinqua
Quæ Pedemontanis ſi Rex immiſerit oris
Cogatúrque ſuis armis & viribus vti,
Atque Ducis captas hoſtiliter occupet vrbes,
Haud facile abſcedent, atque ad ſua quique reuertent.
Ægra Duci mandata, die reſponſa daturum
Pollicitus binâ, binis Vallancius horis
Danda iubet, ſpatium hoc conceſſum à Rege loquendi,
Prælia deinde mouenda, & ius quæretur in armis.
Dux autem retulit miſſurum luce ſequenti
Primigenam, ſatis vt fiat pro Rege petitis,
Sed patuit fraudare volens, Regémque morari
Cunctando, ſociis donec miſiſſet Iberis
Nuncia, & auxilium pacti de lege dediſſent,
Nam Pedemontanus nullâ comparuit horâ
Regi expectatus conuiua, & habendus honore,
Sed Richelliadem, Caluo qui Monte ſedebat
Limite in extremo regnorum, & proximus hoſti,
Conuenit, pactúſque viam eſt regalibus armis.
Aſt vbi cœpit agi danda ſuper obſide Regi

Digitized by Google

Vrbe, petita negat, captis ſimul inde viciſsim
Colloquiis, animóque offenſo vtrinque receſſum.
Tum Richelliades, data cui diuinitùs vni
Cura ſagax rerum & fato prudentia maior,
Oceano radios properante abſcondere Phœbo,
Admonuit LODOICVM. *(Ocelo tunc vrbe manentem*
Hoſtibus haud longè, poſtremo in limite regni
Dum periter ſurdum, dum per prærupta viarum
Procedunt incompoſita properántque phalanges)
Non iam conſilij, martis ſed tempus adeſſe;
Nil fore cunctandum, ſat militis eſſe parati,
Quóue ſtatiua ruat, quóue ambiat & premat vrbem.
Quod ſi tardetur, fore vt auxiliaribus armis
Firmentur caſtella, & quæ nunc abſque periclo
Confieri poſſunt, multo poſt ſanguine fiant.
Hoc monitum labente die LODOICE *capeſsis*
Lætior, atque tibi arridens Victoria iungit,
Primò Scombergum Heroëm, deinde omine fauſto
Borbonidem magnum, munita Sueſsio nomen
Cui Regale dedit; bellíque Tremollius ardens
Illos inſequitur, Multa aulica turba Volonum
Vicinos animis iunctis ardeſcit in hoſtes;
Hinc Regale ſatellitium, fortéſque manipli
Quique ſuis Ducibus parent ad bella parati;
At nocte incubiâ primus LODOICVS *in hoſtes*
Fertur equo, Caluíque petit latera ardua Montis:
Nobilitas ſequitur, dubijs quæ pectora rerum
Caſibus obiectans pulcrum venatur honorem.
Omnibus his Richelliades prouiderat antè,

Militibus pugnæ attentis ne commoda deſint.
Turma vetus caſtris aderat, quæ milite conſtans
Delphinate, iugi & vallis cuiuſque perito
Norat iter cæcum loca per deflexa viarum
Et tardo labyrintho, & longa ambage retortum,
Carpere quod tacitè, & montes ambire iubetur
Hoſtibus à tergo vt veniens inopina Sabaudis,
Incautos intercipiat, fundátque pauentes:
Incedit, dat iter radiis obnoxia Luna
Fraternis, rupes obijt, Phœbóque micante
Planitie camporum hoſtile incurrit in agmen
Subſidio aggeribus veniens, munimen & vrbi,
Securum, nulláque hoſtis formidine tactum,
Ordinibus mixtis paßim & palantibus agro,
Obſtupuit, viſúque hoſtili territus hoſtis
Ante expectatum noſtri cadit enſe manipli,
Et miſſâ in pauidos lethæi grandine plumbi
Arua cadaueribus complentur, ſanguine foſſæ,
Signa decem ſublata, Duces cum milite capti,
Signa tui poſthac, populoſa Lutetia, Templi
Appendenda tholo, Diuæ genitricis honori.
Victa phalanx, Caſtella Ducis ſi ingreſſa fuiſſet
Viribus & tantis preſſos, animíſque leuaſſet,
Durior inceptis foret exitus, atque cruore
Tam modico, vix vt ceßiſſet adorea Regi:
Qui ſimul vt Calui peruenit ab ardua Montis,
Vota Deo fundens ſacris altaribus adſtat,
Nobilitas imitata frequens, ſe quiſque parauit
Horriſono marti, ac alacer ſua munia curat:

Vt tuba dat ſignum, videas concurrere in arces,
Omnia turmarum denſata examina circum.
Prælia miſceri, & pugnæ increbreſcere murmur,
Ingenti ſtrepuere Alpina cacumina planctu.
Quæritur & factis ordo, prior agger in orbem
Cingitur, hic martem indomitum, videáſque Volones
Irruere, hic patuit quantùm præſentia Regis
Pectoris hoſti adimat, ſibi quàm pugnantibus addat,
Conſeritur, manuíque manus dat vulnera pilis,
Multáque in aduerſos crepitans cadit horrida grando
Plumbea, ſulphureis emiſſa canalibus hoſti,
Inſiliunt noſtri muris, ac vnguibus hærent,
Summáque pinnarum dextris faſtigia prenſant,
Non hos emiſſæ glandes, non vulnera tardant.
At contrà, Caſtella ſuæ munimina vitæ
Obſeſſi quâcumque parant deffendere telis.
Ecce autem mediis armis & marte calente
Delphinas caſtris hoſtilibus ingruit agmen,
Ac ſimul vt vidit candentia ſigna Sabaudus,
Obſtupuit binos ſpem præter lapſus in hoſtes,
Nec medium ſe poſſe ratus pugnare duobus
Lentius arma mouens, & ſpe deiectus inani
Per caſtella pauore tremit ſtatione relicta,
Turbatos Franci inuadunt, patet horrida cædes:
Hinc properant alacres reliquis immittere bellum
Aggeribus, res marte agitur, ſed funditur hoſtis,
Et quacúmque ruit, portáſque tetendit ad vrbis,
Inſequitur Francus, mixtimque ferè occupat vrbem,
Et niſi palantum voluiſſet parcere vitæ

Rex, eadem vi capta Seguſio & ipſa fuiſſet.
Vt maleſuada fames libycos ſi quando leones
Exagitat, cogitque ſuis excedere luſtris,
Intrepidi Mauræ ſubeunt magalia gentis,
Vngue ruunt & dente terunt, fuga ſola ſaluti,
Sic vbi militibus data ſigna furentibus, arces
Aggredier, cernúntque hoſtes quos aggere turbent,
Jlicet inſultant muris, nec tela, nec igne
Plumbea ſulphureo nudos glans miſſa moratur,
Haud animis dubios Magnum ſibi vincere quantum
Sit facinus, Franciſque hunc addere rebus honorem.
Turbato miles ferus hoſte ſuburbia complet,
Et ſubît vrbani circùm loca proxima muri;
Ipſi etiam Heroës Crequius Baſſompetráque vnà
Franciſci myſtarum ædes ſibi tecta prehendunt:
Tum veritus Ciuis ſubeat ſi mœnibus hoſtis
Ipſe ruens captæ diſpendia ſentiat vrbis,
Regali mauult fidei ſe dedere ſponte.
Sic hoſti data vita, pio Victoria Regî,
Lætatur miles fauſtis operatus in armis
Atque alacer Regis capiti dat iure coronam.
At Scombergus equo vectus dum munia curat
Ordine compoſito pugnæ prodire phalanges,
Articulos æger, transfigitur ilia plumbo
Quà latere è læuo pendebat fulgidus enſis,
Apparet chlamydi largos effundere rores
Sanguinis, at generoſa manus non deſtitit antè
Inceptis, quàm certa foret Victoria Regi:
Reſciÿt, indoluitque viri Rex vulnus acerbum

Nec ſe victorem credit, nec geſtit haberi,
Quàm data Scombergi fuerint de vulnere certa
Nuncia, num lethale foret, commiſſa Cherurgis
Cura Machaoniâ tractare ſalubriter arte,
Hi plagam trepidi attrectant, & nulla videre
Herôi ſe ſigna ferunt minitantia lethum.
Audit & ingenuo teſtatur gaudia vultu
Rex hilaris, SALVVMQVE ſuis é millibus vnum
Malle refert, quàm mille hoſtes proſternere ferro.
Ecce autem medijs fugiens apparet in agris
Turma equitum velox, Taurini mœnia versùs,
Dux cum Primigenâ poſt cladem & fata ſuorum
Poſt caſtella euerſa, vrbemque pauore labantem
Neuter eorum auſus ſe fidere mœnibus arcis,
Interiora ſuæ mauult ditionis adire,
Inde ſalutiferum longè à victore probantes
Sumere conſilium, quàm ſe & ſua dedere captos,
A quo ſorte parum, ſi quis manſiſſet, abeſſet.
Solis equi extremà Sinarum à gente ſoluti
Ortum inter mediúmque diem ſpatia alta ſecabant,
Cum Rex more ſuo ſacris altaribus adſtans
Accepit, portas ſibi deditione patêre
Vrbis, & hoſtiles ſeſe incluſiſſe maniplos
Arcibus, ille Deo grates dat pronus ad aras,
Thoraſiúmque iubet ſena pro tempore turma
Obſidione arcem tentare, vrbémque tueri:
Thoraſium æternâ redimitum tempora lauro,
Pro Rhæâ expulſo modicâ cum gente Britanno.
At templis Domini, ſacris & rebus, & ipſi

Parcere fœmineo vult Rex ſua bella pudori:
Æqua etiam ciues iuſsit ſperare trementes
A Victore ſuo, quos prædæ exemit & Orco,
Inde iubet turmas ad mœnia celſa Caſalis
Tendere, ſperatóque breui ſe accingere marti.
At tu Liligeri cui nuncia credita Regis
Phœbe, priùs gelidæ noctis, rutilíque diei
Ariete ſub redeunte pares quàm feceris horas,
Principe de noſtro referes feliciter Orbi
Scilicet Italiæ toti data fræna ſubactæ,
Et Regem Vrbano *Romam cupiente profectum*
Oſcula ſacratis pedibus de more daturum.
Quòdque ſit exceptura lubens Eccleſia natum
Primigenam, generoſa eius miretur & acta
Tutelæque ſuæ poſthac ſe præbeat vni,
Quali Pipino Carlóque à Regibus olim
Magnanimis protecta, ſibi detracta recepit,
Liberáque hoſtili Langbardi fulmine Regis
Floruit, & Graij ſceptris exempta Tyranni.

CARMEN

CARMEN III.

AT Dux flammantes fato indignantibus, iras
Cōcipit inde animis, méne hinc abſcedere victū
Jnquit, & Italia non poſſe auertere Francos?
Méne etiam indignè peregrini ſubdere Regis
Colla iugo, canôſque meos ſubmittere cirrhis?
Cui tot opes reſtant, tot Pergama, tanta virorum
Agmina, & Italiæ populorum adſertor Iberus?
Siccine tot longis mihi parta laboribus olim
Gloria, momento cadet, atque oppreſſa labaſcet;
Non ita, ſed quacúmque viâ regionibus hoſtem
Deturbabo meis, quamuis diſpendia longis
Excurrant annis, patriæ mœrórque ſequatur,
Sic aït, atque gemens, ægríſque doloribus actus,
Jnfandum meditatur opus, dare ſubdita flammis
Oppida, quæ nullis eſſent circundata muris,
Commoda vt humanæ vitæ, victuſque diurni
Copia deficiens Francis, & turpis egeſtas
Succedens, licet inuitos ſecedere cogat,
Et totis ſenſim terris ſit abire neceſſe.
Reſciit & miratur opus LODOICVS *acerbum,*
Conſilióque pari ſtatuit ſermone minaci
Deterrere hoſtem, clauúmque retrudere clauo,

Digitized by Google

Talia verba Duci iubet à Feciale referri.
Se quæ reſtabunt vrbes & Pergama tuta
Mœnibus, exitio diro flammiſque daturum.
Vt tota regione nihil niſi rudera reſtent.
Audito Dux ipſe minantis fulmine linguæ,
Præcipitis laxas animi moderatus habenas
Orditur ſine vi Regalia ſiſtere caſtra,
Venarique prior pacem, modò legibus æquis,
Atque offerre lubens pactis quæ à Rege petuntur,
Sed quidnam nequeat ſperare à Principe IVSTO
Sponte ſuis etiam qui cuncta rebellibus auſa
Et captas vrbes, ſocialiáque arma remiſit?
Noluit ipſe tamen pacem tractare pudore,
Viſere nec Regem, puduit pro fœdere rupto;
Primigenam miſit, qui Princeps illius ora,
Cui germana ſoror Regis, chariſſima coniux..
Ipſa gerens vterum, fratrique acceptior vna,
Mitia cuncta Patris certo qui nomine tractet:
Accedit, Rex illum omni ſuſcepit honore,
Admouítque epulis, dum tempora commoda rebus
Intereà, & votis veniant optata ſecundis,
Tum quæ pacis erant his conditionibus acta;
Terdenum ante diem ſoluatur ſtricta Caſalis
Obſidio, ac hoſtilis Iber tentoria tollat,
Sarciat ipſe penus conſumpta tuentibus vrbem;
Ialloniſque arces, ſimul vrbs & caſtra Gelaſſæ,
Tradantur, Francis hyberna futura maniplis,
(Has arces, atque hæc priſcis incognita ſeclis
Caſtra, Ducum fidei fluxa obſeruantia ſanctæ,

Limíte in extremo ſtruxit ditionis auitæ,
Cautibus in mediis quâ Gallia reſpicit Alpes,
Regibus Italiæ domitandæ obſtacula Francis:)
Inſuper Arx, cui iuncta Seguſio, tradita Regi,
Utque rata maneant firmiſſima vincula pacis,
Has omnes ſibi Rex Arces ſeruabit adúſque
Nomine cuncta Ducis promiſſa, impleta ſequantur,
Donec pacificè Carlus Gonzagua fruatur
Ferrati Montis tota regione, ſolóque
Fatidicæ Mantûs vrbis de nomine dictæ
Mincius herboſo niueos cui flumine cycnos
Paſcit, & inflexis circumluit arua fluentis.
Ac veluti properata ſui poſt fata propinqui
Iure ſuper dubio cum litigat vnus & alter,
Quiſque ſuas defendit opes, ſua iura tuetur,
Et turbant incompoſito fora cuncta tumultu:
Donec adeſt, ſaltémque foro credatur adeſſe,
Ingreſſus per clauſa aliꝭs tabularia Iudex,
Ille ſatellitio cinctus loca lumine luſtrat,
Atque graui ſcandens cum Maieſtate tribunal,
Indicit tacito veneranda ſilentia vultu
Iuráque dat populis circumſpectantibus æqua:
Sic poſtquàm à Superis datus eſt Rex Liliger vnus
Arbiter Italiæ, celſas ſuperauit & Alpes,
Conticuêre omnes, poſitáque libidine belli,
Vertit Iber alio, ius Imperiúmque Sabaudus
Inuitúſne volenſne, ſubit, ſed pace fruatur,
Dummodo pollicitis ſteterit, nec fœdera rumpat.
Vos quorum fera bella premunt hoſtilibus Orbem

Artibus, Occiduáſque Orientis iungitis oras,
Debiliúmque arces, veſtris iucludere regnis
Vnica cura ſubeſt, à IVSTO diſcite Rege
Et quibus ex cauſis, quo prelia ſine mouenda,
Qui potuit meritum totis ditionibus hoſtem
Pellere, & Italiæ dare bellica iura pauenti,
Vt primùm vidit labentem viribus hoſtem
Colloquium pacis miti ſermone petentem
Admiſit, ceſſatum armis, & amiciùs actum,
Reddita Pax populis, diróque à Marte receſſum.
Aſt vbi miles Iber, Arcem fauceſque Segusî
Audiit à Francis fauſto Mauorte teneri,
Et de ſucceſſu tanto trepidare Sabaudum,
Inſubrum loca nota, & tutas cogitat arces,
Vaſáque collegit longo ſibi parta labore
Maturauit iter certus de pace Sabaudi
Nuncius, & pactum ſolui obſidione Caſale.
Muſa Orbi memora Regis decus, exue ſoccos
Heróóque audax animi vincire cothurno:
Hoſte Caſalites dum ſe videt vndique cingi
Et nil demetitur de viribus Vrbis & Arcis,
Cuncta ſibi luſtris cenſet fore tuta duobus,
At penus, & vitæ quæ ſunt repetenda diurnæ
Quottidie pereunt, hæc ſunt quæ pergama celſa
Nullâ vi ſternenda, ruunt & tempore delent.
Non tormenta timet miles quæ bellica muros
Hoſtis in obſeſſos excudat ſulphure & igne,
Certa repentinis inſultibus addita cura,
Vnanimes Domino ſeruare fideliter vrbem,

Ipſi vitam adimunt, ipſi ſibi robora demunt,
Et reſecant minuúntque ſuis quocumque dierum
Vſibus, humanam ſine queis conſiſtere vitam
Haud datur à Superis, ſed tempore fracta labaſce.
Talia non valeat ſuperare incommoda quiſquam.
Hæc dum mente duces agitant, & corde voluta
Fortibus ecce viris portentum apparuit ingens,
Eridani prono labentia fluminis alueo.
Nauigia, ánne hoſtis dubium, vel amicus adeſſet,
Et quò procedunt, ſubmiſsiús Vrbe ſiletur,
Donec nulla vident vexilla coloris Iberi,
Vtque adſtant propius. fulsêre micantia ſignis
Lilia, & agnoſcunt vultus, patriamque loquelam
Francigenæ incluſi muris, ciuéſque pauentes
Confirmant nihil eſſe doli, nihil eſſe pericli,
Et cunctorum animos ſubiit Victoria Regis
Italicas ingreſsi oras, qui terror Iberi,
Pellacémque armis ſubólent ſtrauiſſe Sabaudum,
Ecce igitur, quis credat? aguntur flumine prono
Regis ope, armatis immiſſa cibaria lembis,
Obſidione graui gratiſsima munera preſsis:
Sed quiſnam Italiæ medijs candentia campis
Lilia, magnifici ſpecie deuecta triumphi,
Crederet Eridani geſtata ſilentibus vndis?
At ne nauigiis lateat quid fraudis & artis
Obſeruant & cuncta recurrunt mente ſagaci.
Appellunt nautæ terris, ruit obuia turba,
Excipitur ducibus cum magno Francus honore.
Hoſpitibuſque placet dextris coniungere dextras,

Quæ Siculis dirimit terris metuenda Charybdis,
Et procul à reliquis Alpina cacumina ſindunt:
Regali pompæ nec honoribus ipſe triumphi
Defuit Eridanus, ſed fluxit mitibus vndis,
Gratus & humenti geſtauit LILIA dorſo,
Et ſe teſtatus Francum, deſpexit Iberos.
At dum magnifici cantas pæana triumphi
Liligeri Regis, memor eſto Muſa virorum
Quicumque incluſi cinctæ priùs hoſtibus vrbi
Et famæ cupidi, & iuſto Mauorte cadentes
Æternum patriæ peperêre ſibíque decorem,
Guidonis primùm Harcurij, qui claßica terris
Inſlari Italicis ſimul audiit, impiger arſit,
Atque metus omnes, & inexorabile Fatum
Subijciens pedibus, ſorti ſe ſubdidit vrbis
Obſeſſæ, patiens operum aſſuetúſque labori
Militiæ, fuſos circum dum fulminat hoſtes,
Occidit, ingentem Cœli indulgentia mentem
Excepit, longòs at fama immota per annos
Multa virûm lethi durabit ſecula victrix.
Rebus Iber lapſus, Francum irritare veretur,
Atque ſuis victorem inducere finibus hoſtem,
Vtile conſilium captat, quod deinde ſecutus,
Ante diem poſitum, cautus de nocte ſilenti
Carpit iter ſurdum, & tacitus per operta recedit,
Vt leo quem ſiluis egreſſum armenta ciêre
Mugitu, & reliquæ cœpere obliuia prædæ,
Clauſtra, fame preſſus, ſtabuli nocturnas oberrat
Omnia tuta ſibi metitur paßibus æquis,

Non tardant numerúmue truces, dentémque moloſsi,
Aſt vbi Sol oriens radijs opera omnia luſtrat
Paſtor & exiliens primo de mane mapali,
Preſſa notauit humi crudi veſtigia furis,
Conuocat auxilium. vicinia tota mouetur,
Arcetur ſocijs tandem fera bellua dextris,
Unguibus ille minax rictuque obuertit in hoſtes
Sæpius, atque oculis candentia fulmina vibrat,
Nec capit antè fugam, quàm longo diſsitus hoſti
Tramite, condatur ſyluis, nequeátque videri:
Tum fertur leuiùs pede, & ad ſua luſtra recedit,
Talis Iber alieni auidus, dum ſentit adeſſe
Francigenæ arma Ducis cincto obſidione Caſali,
Cogitat ante diem aduentus ſecedere longè,
Vt nox ſola fugæ ſit conſcia, síntque tenebræ
Abdita ſyluarum queis ſe Gens vana recondat.
At matutinus miratur mœnia Ciuis
Libera, Regales turmas ad proxima ſtantes
Autumat, inſidiáſue vafer prætendat Iberus,
Vt ruat incautos inopinus & opprimat vrbem
Anxius, & vetitum ne quiſquam excedat ab vrbe.
Verùm vbi Sol radijs medium diffinderet Orbem,
Ac hoſtile nihil totis apparet in agris,
Tum longo ſoluit luctu ſe debile vulgus,
Exultant lætis animis qui bellica tractant,
Reſpirare datum, clauſáſque recludere portas,
Ire iuuat, vacuumque ſolum pede ſtringere tuto,
Et quo quiſque loco ſteterint ad bella, recenſent.
Hic Gonſala habuit tentoria ductor Iberæ

Militiæ

Militiæ ſupremus, & armorum arbiter vnus,
Serbelo dux eadem de gente tetenderat illic.
Guſtallæ Ducis hîc acies atque Itala pubes,
Hîc Germana phalanx agnato á Cæſare miſſa
Prætextu litis detrectatíque ſequeſtri.
Hoc tormenta loco minitabant bellica muris
Vrbis, & aggeribus tutis adoperta latebant,
Hàc adiêre vrbem, illac ad ſua quíque reuerſi,
Hæc ciues nuribus, nil iam ſibi ab hoſte timentes
Narrabant, tacitum tentat queis gaudia pectus,
Atque Aſſertorî votis pia quæque precantur.
Audiit è latebris plauſum, cæcóque receſſu
Corniger Eridanus, Nymphæque pauore frementes,
Quas furor hoſtiliis, ſtrepituſque coëgerat ingens
In ſpecubus latuiſſe cauis, & linquere luſus,
Audiit, & leuiùs ſolito deuoluere fluctus
Cæpit, vti Populis quorum vagus alluit vrbes
Agmine ab hoſtili, Veronæ ad mœnia celſa,
Nuncia deferret, ſeptémque per oſtia Diuis
Doridis Adriacæ, Franci quæ gloria Regis.
Italicos inter fluuios præſtantior vnus.
Eridanus, Regum Francorum extollere laudes
Cui datur à Superis: Vt cum Franciſcus opimos
Inſubres repetens, & regna Neapolis alta,
Eridani ad fontes, Veſulus quos pinifer edit,
Excelſo Veſulus qui ſidera verticê tangit,
Hoſtica præueniens obſcuro tramite caſtra,
Incautos Italûm fregit fudítque maniplos,
Et ſubiti aduentus famâ perterruit hoſtes,

At modò narrabit populis Victoria noſtro
Liligero quanta acceſſit, quantóque triumpho
Jntulit ipſe lubens lætiſſima ſigna trophæi.
Tu qui cuncta tuo Agnato per fáſque nefáſque
Concedis, ſolium Jmperij ſeruire ſuperbo
Qui pateris, pennáſque Aquilæ qui tradis Ibero,
Non opus eſt, Cæſar, tali pro lite ſequeſter,
Litigij ſimulati, & fraudis deſiit anſa,
Iudicio Cœli iuſto, & potioribus armis
Lis deciſa iacet, celſas pertranſiit Alpes
Liliger, & ſoluit preſſum obſidione Caſale,
Dátque manus victas litem qui mouerat iſtam.
Libera poſteritas prætextu exuta maligno
Viderit amborum quis iuſtior, Anne repulſo
Herede, Auſtriades qui vult aliena ſuorum
Vſibus aſſeruire, & totum commouet Orbem,
Vrbibus Italiæ pacis bona tempora demens;
Anne Capetigenæ LODOICVS *gloria Gentis,*
Qui verum iuſtis heredem vindicat armis,
Quæ dum tentat iniqua geri Domus Auſtria, quicquid
Francigenûm ſceptris Quinti victoria Carli
Cæſaris abſtulerat, fiet quò vindice fato
Euentis repetat Regni melioribus hæres.
Nunc hebes eſt prior illa acies, quâ vincere bello
Auſtriadæ ſoliti, mediis regnatis in aulis
Regnorum pennis aliorum opibúſque potentes,
At regi Franco vegetus vigor, ardua virtus,
Militiæque ardens animus, cui gloria cingi
Fortiter enſe latus, chalybémque inducere dorſo,

Pérque acies medias Sarrano murice tectum
Ire equitem, cupidáſque ad bella ciêre phalanges,
Armorumque haud vlla Virum tolerantia frangit,
Cui coniuratæ contra ſpem gentis Iberæ
Euerſa eſt Rupella potens, & Doride tutæ
Mille ſolo palmis eductæ vertice turres,
Inter munitas Orbis munitior vrbes;
Succubuit toto cui fuſa Britannia ponto,
Atque incluſa ſuis latebris muſſare nec audet,
Cui trepidæ, cui, ſi qua latens ambage reclusâ
Obſtiterint Alpes ſpatio vix duplicis horæ,
Caſtra quaterna breui cęcidêre, Seguſio capta,
Gens & Ibera metu muris ſemota Caſalis.

Compoſitâ iam pace, Soror chariſſima Regis
Quæ Pedemontani iunctiſſima Principis Vxor,
Ventris onus geſtans, fraternos viſere vultus
Optat, & optatis Rex annuit, atque maritum
Iuſſit adeſſe ſimul, quem iam non iudicat haſtem,
Immemor oſtenſæ generoſo corde paternæ,
Vt ſtetit illa procul, fraternáque caſtra reuîſit,
Et quàm multa virûm longis ſeges horreat haſtis,
Quâm multi tormenta manu mauortia geſtent,
Et longas acies belli ſimulacra cientes,
Lætitiâ tacitâ lacrymas effudit obortas,
Atque pedes quoddam ſpatium dimenſa decenter
Fraternis genibus Regali more voluta,
Magnanimum Regem blando ſermone ſalutat,
Teſtatúrque humili quanta hæc ſua gaudia vultu.
Ille autem Fratrémque gerens Regémque decorè

Amplexatur eam tenerè, terráque leuata
Oſcula libauit caſta fraterna ſorori.
Adfuit & Princeps eadem qui reddidit ipſe
Obſequia, & Regis genibus minor oſcula dextræ
Regali admouit, non ſpirans prælia vt antè
Armatáſue acies Regis meditatus Iberi,
Sed Francum ſe faſſus, humillima verba profudit,
Hunc Rex per medióſque globos, media agmina, turmas
Per medias equitum peditúmque examina, duxit,
Non animum Princeps viſu quò paſceret, at ne
Aut quid inerme putet, vel quid ſibi debile fingat
Sternere quod valeant Itali in Regalibus armis,
Nec doleat vinci, vel tot ſua pergama Regi
Tradere ſponte ſuâ, quæ vi potuère domari,
Italiæque redux populis teſtetur abundè
Quantæ Regi acies Franco, quàm nobile robur
Militiæ, quantis volitet Victoria pennis
Indefeſſa comes victricibus addita caſtris,
A reliquis populis omnis ſpeculator ad vncas
Detectus furcas trahitur, tortúſque lacérque,
Francigenûm Rex longè aliter, qui cuncta recluſit
Hoſtili ſua caſtra viro, pérque agmina duxit
Et longâ iuſſit ſerie explicuiſſe cohortes,
Vt ſtaret campis exercitus omnis apertis.
Nequid eum Franci Martiſque animíque lateret.
Fortunate hominum, felix ô Coniuge tantâ
Quę tibi conciliat Regem poſt fœdera rupta,
Poſt acies, poſt bella, & captas viribus arces,
Déque prius iuſtè offenſo tibi reddit amicum:

Qualiter Herſiliam memorant, quæ maſcula corde
Cùm videt attritos bello Soceróſque Viróſque,
Et ſuper excidio amborum damniſque doleret,
Aluum fœta grauem, medijs ſeſe intulit armis,
Et ſtans Romulidas inter notóſque Sabinos,
Leniter irato Tatio blandita parenti,
Sarta viro ſtabiliuit inermis ſceptra Quirino.

Digitized by Google

CARMEN IV.

FAMA ſuperſtes aget penna metuente reſolui
Te Regum LODOICE decus, qui parcere noſti
Hoſtibus in mediis armis & fulmine belli,
Martius, at Martis ſcelerũ atq; libidinis oſor:
Sæpiùs eueniet (mos hic communis Iberis
Regibus, has artes noſtra eſt experta Nauarra)
Vt qui ſceptra tenent, alios ſibi fœdere iunctos,
Aut incompoſitis offendant duriùs actis
Vel clandeſtino, ſeu marte patente laceſſant:
Longè mens alia eſt noſtróque induſtria Regi
Qui tempeſtiuo veteres deuincit amicos
Officio, adſciſcítque nouos, & vtróſque tuetur,
Laudis amans, alieni expers, & criminis exors,
Debilium protector, & obſeruantior æqui.
Ergò vbi fama volat quâ Maieſtate verenda
Quàm facili exceptus vultu Pedemontius Heros,
Filius in Francos Ducis hoſtica bella mouentis.
Scilicet in ſe oculos vnum conuertit & ora
Italiæ Procerum LODOICVS, & arma quieſcunt;
Vndique Legatis agitur de pace tuendâ
Inter eos, datur arbitrium IVSTOQVE BONOQVE,
Vnde penes Regem Francum aduenère frequentes

Digitized by Google

Et quos V RBANI *pietas, Venetíque potentes,*
Quos dominata Duci ſolers Hetruria magno,
Emisêre, operi tanto ſibi quiſque fideles,
Pacis amatores, elato ad ſidera vultu
Pacifico Regi felicia quæque precantur,
Quinetiam motus tantâ probitate fidéque
Liligeri Regis Dux ipſe Sabaudus, & omni
Sepoſito ad tempus niſu tentante nocendi,
Geſtit adire ſuum Victorem, & iungere dextras,
Indulſit facilis IVSTI *clementia Regis,*
Qualis ab arenti ſecedens caute chelydrus
Noxius, explicito ſerpit per gramina gyro,
Illimis quærens dulciſſima pocula fontis,
Antè venenatis puros quàm tangere labris
Attentet latices, ſibi pectore quicquid amari
Euomit in ripis, quod mox poſt pocla reſumat,
Talis Dux adiens Regem, technáſque dolóſque
Si non depoſuit, voluit poſuiſſe videri.
Ille ergò (quâ mente docent euenta ſequuta)
Regem adiit flexus poplitem, terræque propinquus
Maieſtatem, animi pendens, veneratus adorat,
Incertus Victor quæ verba profabitur ingens.
At Rex vindictæ diro impenetrabilis œſtro
Alloquitur placidè, ac pacis de rebus agentem
Déque ſuo veteres renouantem iure querelas,
Audiuit patientèr, & ad ſua regna remiſit
Neſcio quâ præter ſolitum dulcedine tactum.
Pollicitúmque redire breui, & promiſſa tenere.
Vir dubiæ fidei, Regem ſermone doloſo,

Atque per ambages, quanta eſt audacia, luſit.
Vtque illi mos iſte ſubeſt ſimulare iacentem
Febre malâ, articulóſue ægrum, cum fallere mens eſt,
Inualidum fingens, voces & verba dediſſe
At ſerò tandem patuit, nec poſtea rurſus
Paruit, at binis tractanda negotia Natis
Tradita, non etiam peragendi indicta poteſtas.
Sancta fides ſeruanda, Ducem retinere vetabat.
Attamen haud læuo, & forſan meliore tuarum
Euentu rerum fuerat, Rex magne, tenendus
Pollicitis donec ſtaret, quáſque occupat arces,
Redderet, Heſperiúſue ab eo conductus, vt omnis
Cauſa reciſa mali finem cepiſſet in vno,
Qui ſine vi, non vlla tenet promiſſa, nec vllis
Flectitur officijs, reditum differre dierum
Quorundam ſpatio, technas fregiſſet inanes,
Atque modus fuerat nutantes pondere belli
Exonerare Italos, veteréſque recidere lites,
Queis totam Italiam Philiberti à morte parentis
Tundere non ceſſat, fraudémque innectere fraudi,
Qui modo Francus, Ibérque modo eſt, ſed pectore neuter,
Et ſellis binis ſedet, & de more cothurni
Dextra euincitur ſura, mox inde ſiniſtra,
Qui damnis nec clade ſatur, conuellit & Orbem,
Et lacrimis patriæue malis miteſcere neſcit,
Nec tibi dedecori Carlum retinere fuiſſet,
Qui nullius opes ambis, cui dira libido
Deuictas retinere vrbes, aut extera regna
Addere regna tuis nunquàm pia corda peruſſit.

Quique Lares linquens patrios, ædeſque ſonoras
Fœdera amicorum, atque Deî præcepta ſequutus
Veniſti preſſis Iuſto Mauorte tuendis,
Omnibus id notum, & venientem Daunia tellus
Auctorem pacis, libertatíſque potentem
Agnouit, cingens victricia tempora lauri
Palladiæque oleæ mixta de fronde corona.
Spe, Duce quòd tanto ſtrata Itala bella ſilebunt
Loricíſque ſitu exeſis in pace quiata
Aſtruet innocuos exilis aranea caſſes.
Sed neque ſuſtinuit tanto cariturus honore
Præfectus Gonzala aruis Inſubribus ipſe
Hoſtis Iber, nuperque fugatus ab vrbe Caſali,
Viſendi Regis ſecura licentia detur
Vrget & obtinuit, ſtipatúſque ordine longo
Nobilium accedens, Regem de more ſalutat
Prociduo quo curua genu, quo cernua vultum
Suſpicit Heſperiæ proprios gens effera Reges,
Stratus humi, magnæque humilis dedit oſcula dextræ.
Nulla illi Regem quæſita eſt cauſa videndi
Quàm Francas acies & regia caſtra videre
Sintne illa Heſperijs quæ formidanda maniplis,
Nempe ſuo Regi ſcriptis ſibi viſa referret:
Regali iuſſu armatæ coram hoſte cohortes
Explicuêre viros, campóque exercitus ardens
Conſtitit in belli faciem, fulgebat & omnis
Splendore armorum & radijs vicînia latè,
Et miſcere manus, & bellum inferre paratis,
Non animum viſu quò paſceret hoſtis inanem.

Sed quia non aliter quæ ſint ad prælia vires
Liligero Regi fieret benè credulus elle.
Inſtructas Gonzala acies, & ad omne paratas
Martis opus vidit, turmas Rex ipſe locabat.
Flectere gnarus equum, & Tyrio conſpectus in oſtro.
At noſtrum miratus Iber Heroa, pauorem
Induat an ſimulet ſurdum eſt, tamen addit honorem,
At veluti Maurâſi Rex de gente leonem
Quem data vincla, faméſque adigunt manſueſcere corda.
Nutriat in tectis, manibúſque aſſueuerit eſcas
Sumere, nota feram nec turba domeſtica turbat
Sed nec turba feræ dentes pauet ipſa viciſſim
At ſi Regales intrauerit exterus ædes
Veſte peregrinâ, & vultu auerſante leonem,
Ille fremens, ni contineat manus arcta, noceret.
Sic vbi Franca phalanx vidit cum Rege tot vna
Ignotos vultus, atque audiit ora loquentum
Indignata virorum audacia facta, fremebat
Et ſibi in inuiſos vix eſt quin irruat hoſtes,
Affectam malè ni premeret preſentia Regis.
Cautior at Richelliades præſenſit id omne
Fictitium, & vafræ commenta recondita mentis,
Nempe quod ipſe diem Dux, atque ex ordine menſem
Venetur, ſpectans ſi forte quid accidat, vnde
Inſolitus Franco venturis menſibus æſtus,
Arctior aut annona premat diſcedere terris
Italiæ, reuocétue aliquis de Gente rebellis,
Qui Lodoicum *adigat ciuili intendere bello,*
Et mittentem aliena, ſuis incumbere rebus,

Effugiátque Itali belli irreparabile tempus,
Prauidit Richelliades hæc omnia cautè,
Ferratíque altas Montis præmuniit arces.
Præſidiis, & quotquot erant data pergama Regi
A Duce, fraudantémque aſtu potiore retudit,
Humanûmque vltrà cauit fata omnia ſenſum.
Cedite qui Latio, qui dicitis Hellade magnum
Alcidem, validámque manu genióque potentem,
Cui cecidêre feræ, cui monſtra grauantia Gentes,
Geryonéſque tricorpor onus telluris Iberæ:
Liligero Regi cecidit tribus vnus in iſtis
Geryones, non tam manibus metuendus & armis
Triplicibus, triplici aut genio, quàm triplice lingua,
Geryone extincto domitor regionis Iberæ
Alcides, Jtalas adiit per Gallica gentes
Culmina, diuiditur quibus vtraque terra colonis,
Nec monſtra inuenit Gallis quæ perderet oris.
Aſt Italis Cacum prædonem in rupe latentem
Ore vomentem ignes, & ſuetum viuere rapto
Eliſum manibus ſtrauit deforme cadauer.
Tu cui victus Iber, Itali ceſſere Penates,
Si tibi ſat LODOICE *dedit Victoria laudis*
Italiámque vltrà nolis conuellere bello
Vrbibus à verſis & ſanguine prorſus abhorrens,
Nec fieri aggreſſor (quamuis tibi cauſa ſuperſit
Artibus hinc artes, martémque repellere marte)
Linque ſolum ingratum, & ſteriles in vertice ſyluas
Alpino quo nulla ſuo vindemia ridet
Agricolæ, nullus Cererem per iugera ſpargit,

Digitized by Google

Nec meſſor grauidis falcem ſupponit ariſtis,
Accola at intonſi tegmen mantilis amictus
Obſcura ſub rupe lares ſibi quærit inertes,
Aggeribus niueïs iuga dum montana fatiſcunt
Præcipitéſque rigent inimico à frigore valles.
Dum tamen Italiæ feliciter iſta geruntur
Finibus, arridétque pio ſors prodiga Regi,
Obſtitit ipſa latens, & fermè euertit in vno
Temporis articulo, longa ratione parata.
Hi quibus annonæ cura incumbebat habendæ,
(Siue quod indigenæ, Franco mauorte furente
Credere nolebant illis, Dux ſiue Sabaudus
Liligeras acies ægrè paſſurus & arma
In ſibi parentes cautus compreſſerat vrbes
Humani quicquid veſci reperiſſet in agris,
Seu quod auara ſitis, lucrique impura cupido
Cæcarat mentes hominum, furtóque nefando
Polluerat) retinet dum capta Seguſio Regem.
Cunctantem quem finem habeant promiſſa Sabaudi,
Defecêre ſuo officio, curæque negotî,
Criminis & ſontes tanti euasêre latenter,
Vnde penus breuïor, iuſto quoque carior eſca,
Hinc patrios remeare lares pars magna Volonum
Cogitat, immenſos ſumptus quia ferre nequirent,
Adde quod epotus puro de flumine miles
Ignotáſque herbas, & agreſtia gramina paſtus,
Robore deficiens armis ſupereſſe nequibat.
Quæreret anne ſibi venatu obſonia Francus?
Nobilis iſtius regio eſt ignara laboris,

Digitized by Google

Numellis non illa canes ſuſpendere nouit
Et lepores damáſque ſequi, pérque auia ſyluæ
Aut curſu capere, aut vrgere in retia ceruos,
Tale ſolum viridi nunquam ſe gramine veſtit
Vnica cura ſubeſt tota regione colonis
Ædibus includi niuibus dum culmina candent,
Et redeuntem Aries aperit cum greßibus annum,
Limine recluſo capreas captare fugaces
Informéſque cauis agitare cubilibus vrſos,
Atque feræ teneros fœtus auferre parenti
Terriculum pueris aſtu ductoris Agyrtæ.
Liliger indoluit Princeps, dolor addidit iras,
Contuſos animos & res miſeratus acerbas,
Militis, afflicto præcordia ſancta recluſit,
Inque peculatus ſontes, & carcere dignos,
Lege data tanto pro crimine iußit agendum:
At Richelliades cladi tam fortiter obſtat
Quò magis obſiſtunt Francis Fata inuida rebus,
Oblitúſque ſui non eſt diſcrimine tanto,
Colligit annonas, turmis morbóſque famémque,
Quo minùs eſt illis cura quodcúmque neceſſe,
Auertit, veſco ieiunia triſtia ſoluens,
Mollibus ac animos dictis & pectora mulcet,
Vnde breui, queſtus & ineuitabile murmur
Suſtulit è medio, & melius ſperare frementes
Admonuit turmas, & quemque ad munia miſit,
Interea celſas rumor peruenit ad Alpes,
Martis Arecomios tentare pericula Volcas,
Tectoſagumque ire in gladios vicina furentes
Regis ope Heſperij, qui cum vi auertere Francos

Digitized by Google

Italia nequeat, Ciuiles ſuſcitet æſtus,
Immittátque faces ipſa in præcordia Regni,
Quique prius damnabat Iber tantata Britanno
Rupellam auxilianti armis & claſſe rebellem,
Efficit audaces populos, ſurdóſque potentis
Imperiis Domini, ſic vt protector haberi
Qui gliſcit Fidei, qui Religionis auitæ,
Fama neget nunc vllum alium præbere rebelli
Suppetias populo, victíſque offerre receptum
Colle Pyrenæo, patriíque in limine regni.
His animaduerſis Rex & Richellius heros
Queis animus generoſus, & imperterritus ardor,
Conuenêre ſimul binis decernere ferro
Hoſtibus, & totidem tentoria figere caſtris,
Et quoniam plures diræ inclementia mortis
Suſtulerat viuis, & funere merſerat atro
Aut grauibus longi morbi cruciatibus vſtos,
Aut ferro abſumptos, vel miſſâ ſulphure glande,
Quò magis exhauſtæ vires, hoc acriùs ipſi
Incumbunt, quicquid deſit ſarcire maniplis,
Vt quanto numero meſſæ fluxêre phalanges,
Millia bellantum tot claſſica rauca reponant.
Ergò vbi collectum robur Legionibus auctis,
Mille datur denis ſeruanda Seguſio dextris
Sub ductu Crequij, reliquis, ſed nomina quæ ſint
Turmarum Ducibus verſu non dicere refert,
Illâ Rex certam ponebat in arce quietem
Totius Italiæ, moueátne Sabaudus, Ibérue,
Atque facultatem reditus, ſi forte neceſſe
Poſt illata ſuis inuita rebellibus arma,

Regredi in Italiam, rurſúſque mouêre Sabaudo
Prælia, & Heſperij tentare pericula belli;
Inſuper & Monti Ferrato altiſque tuendis
Arcibus atque Vrbi, regioníque inſuper ipſi
Heros præficitur, clarus iam clade Britannâ
Thoraſius, victor mox & de gente futurus
Heſperiâ, ſeu vi, ſeu quis tentauerit arte,
Et ſi ſeruitij reſtet quis terror Iberi,
Venturâ Italicas ſoluet formidine Gentes,
Omnia quæ curâ non ſunt leuiore gerenda,
Nec minus audacter, quàm cum bellata fuerunt.
At Rex ſtipatus potiori parte phalangum
Et Richelliadæ Herois tutamine fretus
Conſilij, fauſtiſque euentibus (omine tanto
In peius ruet, & retrò dilapſus agetur
Quiſquis in aduerſum tentabit ſurgere Regem)
Braccatis inferre iugum Regale parauit,
Molitúrque feros inuadere marte rebelles,
A quibus Imperij leges, & regia contrà
Iura, malis auibus, medio Reſpublica regno
Sperari audetur, quâ viuere legibus ardet
Vrbs quæcúmque ſuis, & regia tollere iura
Armorúmque Ducem proprium, lectúmque Senatum
Sufficere, & paulatim æterna refigere regna,
Conditione iſta Regi parare paratam
Hæreſis (infandùm) factis mentitur & ore,
Auxiliumque latens Regis mendicat Iberi
Cedere cui victo non eſt ſatis vrbe Caſali
Ni protecta ſuis opibus Gens victa labaſcat

Tectoſagum, diriſquè ruant capta oppida flammis
Liligero Regi, quò bis frangentis Iberum
Gloria ſit maior, victi quàm prima Britanni.
Hos inter populos qui belli euenta verentur
Séque ſuas & opes cuperent ſubmittere Regi,
At quibus ambitio, & quærendi nominis ardor
Attollit capita, & mentes occæcat inanes,
Et ſontes, & qui vulgi de ſanguine viuunt,
Vtile conſilium à ſceleratis cætibus arcent.
COMMOTOS inter populos mentéſque rebelles
In quibus alta loquens credi violentior ambit.
Optima quæ dabitur ſententia rebus agendis
Semper reÿcitur, ſubeunt plerique nocentes
Qui ſibi criminibus minus exorabile ſanctæ
Iuſticiæ numen veriti, cum perdita credunt
Cuncta ſuo capiti, reliquos in retia pellunt,
Atque ſuam ſperant à Maieſtate ſalutem
Sulphureo effuſis cum turbine mœnibus Vrbis,
Plebs à Rege gemens veniam proſtrata rogabit.
At tu Rex generoſe, Deus cui bella ſecundat
Accelera, inceptúmque tibi decurre laborem
Rumpe moras ſegnes, te debita pœna nocentum
Euocat vltorem Cœlo tot crimina paſſo.
O decus, ô Famæ meritò pars maxima Francæ,
Neue feros animos ſperes mollire fauendo,
Sons quiuis ferrum timeat, Regalia IVSTE
Exerce Imperia, & populos compeſce rebelles,
Ver acies age per medias, ver ingruit Orbi,
Deſiit & Cœlo magnis aquilonibus imber,

Explicat, & frondes atque vmbras ſylua miniſtrat,
Et cui bella moues regio ditiſſima victus,
Annonâ nihil eſt à deficiente timendum,
Bucera quâ patulos errant armenta per agros
Lanigerique greges, perque ardua ſaxa capellæ,
Prima tuis regnis, albentibus horret ariſtis,
Illic flaua Ceres campis ſucciditur antè
Quàm noſtris lactens calamus turgeſcat in agris,
Cruribus & nudis calcat gens illa Lyæum
Antè Lutetiatis quàm botrus aceſcat in aruis.
Ergò age, nempe breui bello experiêre ſubactos
Et faciles iuſſis patienter ferre lapatum,
Quos nulli valuêre Duces, hos purpura Regis
Flectet, & inuitos coget iuga ſueta ſubire.
Hinc reuocat Ciuile nefas, hinc ingruit ardor
Externi martis, labor eſt tibi durus vterque,
At tuus hoſtili generoſus miles in agro,
Ignotam tentare viam, fluuióſque minaces
Vrget, in aduerſos ſtrepitus & claſſica ſurgens
Strenuus, ardentique aſpirat pectore Martem:
Illum ſpes arrecta leuat, ſpes debita prædæ
Et ſperatus honos fert exultantîa corda
Vrbis in obſeſſæ muros quæcumque ſit illa,
Quamuis æratis miſſi fornacibus altè
Flammarúmque globi, ferríque volumina curſent
Multáque in inſtantes plumbi cadat horrida grando,
Et caput obiectare periclo, & ad arma ruentem
Ardenti ſtudio videas hilareſcere Martis.
Atque ſibi manibus non temperat vllus & armis,

Nec mora nec requies, preſſos inſurget in hoſtes,
Pulueris obſcuram pedibus mirabere nubem
Surgere, tanta animis virtus, tam prælia cordi,
Tam benè nota manent, hoſtem ſuperare, futura
Gloria quanta ſibi, quanta incrementa peculi.
His animis petet excidio furialiter vrbes,
Oppidáque euertet quouis munimine ſarta,
Et miſeros ciues è dulci limine pellet,
Antiquáſque domos à ſedibus eruet imis,
Atque nouas adiget ſub ſole inquirere terras,
Te nolente tamen, toties qui in bella ruentes
Debita ad obſequia, & firmæ bona tempora pacis
Mitibus alloquiis ſine vi & mucrone vocaſti,
Non tua Ciuiles quærit mens alta triumphos,
Fas quibus atque nefas regnat, quibus impia ruptis
Vicinæ arma mouent inter ſe legibus vrbes:
Grata foret magis alta quies, PATRIAEQVE parentis
Nobilius nomen tibi quàm VICTORIS habetur,
Sed quia nec iuſsis flecti valuère nec armis
Ne cadat armati gens tota in militis iras
Fiat vt hoſtilis præcelſo in culmine turris
Noctua viſa diu cantus exerceat atros
Et mala dent corui preſſa quater omina voce,
Vt longè ante diem plebi ſint ſigna Rebelli,
Quæ maneant ſe Fata, quibus peritura ſit armis,
Vt prius iratis fiat quam victima turmis
Ad ſanam redeat mentem & reſipiſcere diſcat,
Cúmque tuis cedet felix victoria bellis
Inſtabiles animos facili prohibebis habena

Digitized by Google

Non Cælo, non vſque tuis ſe opponere iuſsis,
Nec labor eſt prohibere, rebellibus eripe notos
Antè duces, illis non impellentibus, altum
Nec ſapiet quiſquam, nec martia ſigna ſequetur.
O ſi Tectoſagum vicinia, Montis & arces
Albani, indigenûmque rebellia qualibet arma
Braccatæ gentis ſapiant parendoque iuſsis
Liligeri Domini ſocialia fædera rumpant,
Auertantque ſuis dirum ceruicibus omen,
Reddatur pax alma ſolo ſine ſanguine Franco,
Reddaris LODOICE *tuis, reddare Parenti,*
Et tibi Connubij ſociali fœdere iunctæ:
Sat procul à patriis Mauors te detinet aruis
Italus, aduersóſque inter Bellona Rebelles,
Sat tibi viſæ Alpes deſertáque cæca ferarum,
Ceſſeróque, atque arces Vticæ campíque Nemauſi.
Sic tibi ſuccedant quæcúmque agis omine dextro,
Si non hoc nobis toto iam longius æuo eſt
Tempus, & inſolito mœret tua Francia luctu:
At vos Liligerum quicumque Heröa ſequuti,
Victori intextum diadema inducite noſtro
Lauri, oleæque ſimul mixtum de fronde virenti,
Belligeras iiſdem prætexite frondibus haſtas.
Eueniet tandem cum reddita tempora pacis
Militibus neglecta, dabunt fera pila colonis,
Venatura lupos, tutelam mitibus vuis
Et ſummo galeæ tecto appendentur inanes,
At bifido eductis Parnaſsi è culmine Muſis
Prima triumphales canet alma Lutetia palmas

Et ſtatuet Regi ſpirantia ſigna potenti,
Artificis fabricata manu, teſtantia cultum
Atque fidem populi, quo non parentior vllus
Regibus, & iuſsi non obſeruantior almi.

HIS, Ego non horas impendi ignobilis oti,
Nobilius quid enim quàm tanti intendere Regis
Laudibus, & vulgare Orbi mauortia facta
Mille quibus veteres Heroas paßibus anteït,
Tum Richelliadæ Magni, quo ſoſpita ſiſtit
Francia, quem trepidant hoſtes, venerantur amici?
At mihi quæ data ſunt diuinitùs otia rupi,
Atque dies duxi longos in cantibus iſtis
Non referens quæ cantat Olor per littora Minci,
Aut quæ ponè ſuum modulans Philomela cubile,
Sat, ſi me patrij lætentur Acanthide dumi,
Indigenæue modis reſonent arbuſta Cicadæ
Dum meus Jtalicis Regnis Sol Francicus ardet,
Tectoſagumque manu ſubigit victrice Rebelles,
Et victis dans Iura, Aquilamque affectat, & Orbem.

ERRATA SIC CORRIGENDA.

PAg.4.v.15. ſic tibi. pag.8.v.5. neptem. v.11. dictatis. pag.9.v.19.capeſſere. pag.14. v.20.centum. pag 11. v.1.munia. v.6. premeretque. pag.17. v.27. liligero infauſtis Regi. pag.18.v.11. arripuêre. pag.21. v.16. ſacratum. pag.23.v.16.de feudi. pag.33.v.5.cirris. pag.39. v.16. nocturnus. pag.41.v.13.hoſtilis.v.20.præſtantior. pag:43.v.18.hoſtem. v.19.offenſæ.

CLEMENTI XI.

PONTIFICI MAXIMO,

Pietatem ſuam, & publicam; curas, opes, & ſociata Principum Chriſtianorum arma, Turcarum conatibus feliciter opponenti.

SYMBOLUM HEROICUM.

Rex apum ab alveari fucos abigens.

LEMMA

Vincit inermis.

ODE.

Quà fons ſonanti deſilit mollis pede,
Ripas coronatus thymo;

Digitized by Google

Umbramque fagus hoſpitalem porrigit,
  Nigræ ſodalis æſculi:
Illic penates melleos, & cerea
  In excavato cortice
Apes locarunt caſtra. Rex, ſuffragiis
  Electus unus pluribus,
CLEMENTE populum nobilem imperio regit,
  Et juris ac recti arbiter,
Quas in bonum commune leges providus
  Diſpenſat, exemplo docet.
Primus laborem carpit, & primus viam
  In florea oſtendit juga.
Gens læta ſequitur, ſive ſit prædas opus
  Vectare de ridentibus
Pratis, opesque roſcidas volentium
  Libare de florum ſinu;
Sive arte cellas fabricari dædalâ,
  Urbemque cera condere:
Seu triſte fucos, & male creatum, genus
  Portis abactum fundere;
Volucresque in hoſtem copias educere;
  Et pace tutari domos.
Tunc Regis ingens animus, & periculi
  Secura virtus emicat:
Aciem, ut peritus ductor, inſtructam explicat;
  Deſcribit, aptat, ordines;
Geminoque proprios præficit cornu duces,
  Vincere paratos aut mori:
Tempus, locumque prælio [illegible] legit,

Qui

Qui commodus victoriæ:
Subſidia cautus denique à tergo locat,
Opemque vicinos rogans;
Artis relinquit bellicæ intactum nihil.
Jam claſſicum bombus canit,
Aculeiſque miles erectis minax,
Avidusque pugnæ, provolat:
Concurrit acies gemina: fucos, corporum
Et numerus, & moles, juvat:
Generoſus ardor apibus, atque induſtria,
Et æquitas cauſæ, favet:
Rex ipſe magni ſolus inſtar agminis,
Aculeo quamvis carens,
Auctoritate, voce, conſilio, prece,
Difficile certamen regit:
Et cuncta movet immotus, & INERMIS licet,
VINCIT. Fugam trepidus rapit
Hoſtis: vel auſus ſi quis eſt pugnæ aleam
Rurſum ſubire pertinax,
Apum triumphos clade cumulavit ſua.

IMagine in parvâ licet
Noſtri colores temporis cognoſcere,
Verſosque luctus gaudiis.
Horreſcit animus, ac licet periculo
Defunctus immani, timet:
Noſtrosque pallens charta commemorat metus,
Et hoſtis horrendi minas;
Cùm ferre pacem indocilis, atque odio æſtuans

Sed quia non aliter quæ ſint ad prælia vires
Liligero Regi fieret benè credulus eſſe.
Inſtructas Gonzala acies, & ad omne paratas
Martis opus vidit, turmas Rex ipſe locabat.
Flectere gnarus equum, & Tyrio conſpectus in oſtro.
At noſtrum miratus Iber Heroa, pauorem
Induat an ſimulet ſurdum eſt, tamen addit honorem,
At veluti Mauráſi Rex de gente leonem
Quem data vincla, faméſque adigunt manſueſcere corda
Nutriat in tectis, manibúſque aſſueuerit eſcas
Sumere, nota feram nec turba domeſtica turbat
Sed nec turba feræ dentes pauet ipſa viciſſim
At ſi Regales intrauerit exterus ædes
Veſte peregınâ, & vultu auerſante leonem,
Ille fremens, ni contineat manus arcta, noceret.
Sic vbi Franca phalanx vidit cum Rege tot vna
Ignotos vultus, atque audiit ora loquentum
Indignata virorum audacia facta, fremebat
Et ſibi in inuiſos vix eſt quin irruat hoſtes,
Affectam malè ni premeret preſentia Regis.
Cautior at Richelliades præſenſit id omne
Fictitium, & vafræ commenta recondita mentis,
Nempe quod ipſe diem Dux, atque ex ordine menſem
Venetur, ſpectans ſi forte quid accidat, vnde
Inſolitus Franco venturis menſibus æſtus,
Arctior aut annona premat diſcedere terris
Italiæ, reuocétue aliquis de Gente rebellis,
Qui LODOICVM *adigat ciuili intendere bello,*
[illegible] *mittentem aliena, ſuis incumbere rebus,*

Effugiátque Itali belli irreparabile tempus,
Prauidit Richelliades hæc omnia cautè,
Ferratíque altas Montis præmuniit arces.
Præſidiis, & quotquot erant data pergama Regi
A Duce, fraudantémque aſtu potiore retudit,
Humanûmque vltrà cauit fata omnia ſenſum.
Cedite qui Latio, qui dicitis Hellade magnum
Alcidem, validámque manu genióque potentem,
Cui cecidêre feræ, cui monſtra grauantia Gentes,
Geryonéſque tricorpor onus telluris Iberæ:
Liligero Regi cecidit tribus vnus in iſtis
Geryones, non tam manibus metuendus & armis
Triplicibus, triplici aut genio, quàm triplice lingua,
Geryone extincto domitor regionis Iberæ
Alcides, Jtalas adiit per Gallica gentes
Culmina, diuiditur quibus vtraque terra colonis,
Nec monſtra inuenit Gallis quæ perderet oris.
Aſt Italis Cacum prædonem in rupe latentem
Ore vomentem ignes, & ſuetum viuere rapto
Eliſum manibus ſtrauit deforme cadauer.
Tu cui victus Iber, Itali ceſſere Penates,
Si tibi ſat LODOICE *dedit Victoria laudis*
Italiámque vltrà nolis conuellere bello
Vrbibus à verſis & ſanguine prorſus abhorrens,
Nec fieri aggreſſor (quamuis tibi cauſa ſuperſit
Artibus hinc artes, martémque repellere marte)
Linque ſolum ingratum, & ſteriles in vertice ſyluas
Alpino quo nulla ſuo vindemia ridet
Agricolæ, nullus Cererem per iugera ſpargit,

Nec meſſor grauidis falcem ſupponit ariſtis,
Accola at intonſi tegmen mantilis amictus
Obſcura ſub rupe lares ſibi quærit inertes,
Aggeribus niueïs iuga dum montana fatiſcunt
Præcipitéſque rigent inimico à frigore valles.
Dum tamen Italiæ feliciter iſta geruntur
Finibus, arridétque pio ſors prodiga Regi,
Obſtitit ipſa latens, & fermè euertit in vno
Temporis articulo, longa ratione parata.
Hi quibus annonæ cura incumbebat habendæ,
(Siue quod indigenæ, Franco mauorte furente
Credere nolebant illis, Dux ſiue Sabaudus
Liligeras acies ægrè paſſurus & arma
In ſibi parentes cautus compreſſerat vrbes
Humani quicquid veſci reperiſſet in agris,
Seu quod auara ſitis, lucrique impura cupido
Cæcarat mentes hominum, furtóque nefando
Polluerat) retinet dum capta Seguſio Regem.
Cunctantem quem finem habeant promiſſa Sabaudi,
Defecêre ſuo officio, curæque negotî,
Criminis & ſontes tanti euasêre latenter,
Vnde penus breuïor, iuſto quoque carior eſca,
Hinc patrios remeare lares pars magna Volonum
Cogitat, immenſos ſumptus quia ferre nequirent,
Adde quod epotus puro de flumine miles
Ignotáſque herbas, & agreſtia gramina paſtus,
Robore deficiens armis ſupereſſe nequibat.
Quæreret anne ſibi venatu obſonia Francus?
Nobilis, iſtius regio eſt ignara laboris,

Numellis non illa canes ſuſpendere nouit
Et lepores damáſque ſequi, pérque auia ſyluæ
Aut curſu capere, aut vrgere in retia ceruos,
Tale ſolum viridi nunquam ſe gramine veſtit
Vnica cura ſubeſt tota regione colonis
Ædibus includi niuibus dum culmina candent,
Et redeuntem Aries aperit cum greßibus annum,
Limine recluſo capreas captare fugaces
Informéſque cauis agitare cubilibus vrſos,
Atque feræ teneros fœtus auferre parenti
Terriculum pueris aſtu ductoris Agyrtæ.
Liliger indoluit Princeps, dolor addidit iras,
Contuſos animos & res miſeratus acerbas,
Militis, afflicto præcordia ſancta recluſit,
Inque peculatus ſontes, & carcere dignos,
Lege data tanto pro crimine iußit agendum:
At Richelliades cladi tam fortiter obſtat
Quò magis obſiſtunt Francis Fata inuida rebus,
Oblitúſque ſui non eſt diſcrimine tanto,
Colligit annonas, turmis morbóſque famémque,
Quo minùs eſt illis curæ quodcúmque neceſſe,
Auertit, veſco ieiunia triſtia ſoluens,
Mollibus ac animos dictis & pectora mulcet,
Vnde breui, queſtus & ineuitabile murmur
Suſtulit è medio, & melius ſperare frementes
Admonuit turmas, & quemque ad munia miſit,
Intereà celſas rumor peruenit ad Alpes,
Martis Arecomios tentare pericula Volcas,
Tectoſagumque ire in gladios vicina furentes
Regis ope Heſperij, qui cum vi auertere Francos

Digitized by Google

Italia nequeat, Ciuiles ſuſcitet æſtus,
Immittátque faces ipſa in præcordia Regni,
Quique prius damnabat Iber tantata Britanno
Rupellam auxilianti armis & claſſe rebellem,
Efficit audaces populos, ſurdóſque potentis
Imperiis Domini, ſic vt protector haberi
Qui gliſcit Fidei, qui Religionis auitæ,
Fama neget nunc vllum alium præbere rebelli
Suppetias populo, victiſque offerre receptum
Colle Pyrenæo, patriique in limine regni.
His animaduerſis Rex & Richellius heros
Queis animus generoſus, & imperterritus ardor,
Conuenêre ſimul binis decernere ferro
Hoſtibus, & totidem tentoria figere caſtris,
Et quoniam plures diræ inclementia mortis
Suſtulerat viuis, & funere merſerat atro
Aut grauibus longi morbi cruciatibus vſtos,
Aut ferro abſumptos, vel miſſâ ſulphure glande,
Quò magis exhauſtæ vires, hoc acriùs ipſi
Incumbunt, quicquid deſit ſarcire maniplis,
Vt quanto numero meſſæ fluxêre phalanges,
Millia bellantum tot claſſica rauca reponant.
Ergò vbi collectum robur Legionibus auctis,
Mille datur denis ſeruanda Seguſio dextris
Sub ductu Crequij, reliquis, ſed nomina quæ ſint
Turmarum Ducibus verſu non dicere refert,
Illâ Rex certam ponebat in arce quietem
Totius Italiæ, moueátne Sabaudus, Ibérue,
Atque facultatem reditus, ſi forte neceſſe
Poſt illata ſuis inuita rebellibus arma,

Regredi in Italiam, rurſúſque mouêre Sabaudo
Prælia, & Heſperij tentare pericula belli;
Inſuper & Monti Ferrato altiſque tuendis
Arcibus atque Vrbi, regionique inſuper ipſi
Heros præficitur, clarus iam clade Britannâ
Thoraſius, victor mox & de gente futurus
Heſperiâ, ſeu vi, ſeu quis tentauerit arte,
Et ſi ſeruitij reſtet quis terror Iberi,
Venturâ Italicas ſoluet formidine Gentes,
Omnia quæ curâ non ſunt leuiore gerenda,
Nec minus audacter, quàm cum bellata fuerunt.
At Rex ſtipatus potiori parte phalangum
Et Richelliadæ Herois tutamine fretus
Conſilij, fauſtiſque euentibus (omine tanto
In peius ruet, & retrò dilapſus agetur
Quiſquis in aduerſum tentabit ſurgere Regem)
Braccatis inferre iugum Regale parauit,
Molitúrque feros inuadere marte rebelles,
A quibus Imperij leges, & regia contrà
Iura, malis auibus, medio Reſpublica regno
Sperari audetur, quâ viuere legibus ardet
Vrbs quæcúmque ſuis, & regia tollere iura
Armorúmque Ducem proprium, lectúmque Senatum
Sufficere, & paulatim æterna refigere regna,
Conditione iſta Regi parare paratam
Hæreſis (infandùm) factis mentitur & ore,
Auxiliumque latens Regis mendicat Iberi
Cedere cui victo non eſt ſatis vrbe Caſali
Ni protecta ſuis opibus Gens victa labaſcat

Tectoſagum, diriſqúe ruant capta oppida flammis
Liligero Regi, quò bis frangentis Iberum
Gloria ſit maior, victi quàm prima Britanni.
Hos inter populos qui belli euenta verentur
Séque ſuas & opes cuperent ſubmittere Regi,
At quibus ambitio, & quærendi nominis ardor
Attollit capita, & mentes occæcat inanes,
Et ſontes, & qui vulgi de ſanguine viuunt,
Vtile conſilium à ſceleratis cœtibus arcent.
COMMOTOS inter populos mentéſque rebelles
In quibus alta loquens credi violentior ambit.
Optima quæ dabitur ſententia rebus agendis
Semper reÿcitur, ſubeunt plerique nocentes
Qui ſibi criminibus minus exorabile ſanctæ
Iuſticiæ numen veriti, cum perdita credunt
Cuncta ſuo capiti, reliquos in retia pellunt,
Atque ſuam ſperant à Maieſtate ſalutem
Sulphureo effuſis cum turbine mœnibus Vrbis,
Plebs à Rege gemens veniam proſtrata rogabit.
At tu Rex generoſe, Deus cui bella ſecundat
Accelera, inceptúmque tibi decurre laborem
Rumpe moras ſegnes, te debita pœna nocentum
Euocat vltorem Cœlo tot crimina paſſo.
O decus, ô Famæ meritò pars maxima Francæ,
Neue feros animos ſperes mollire fauendo,
Sons quiuis ferrum timeat, Regalia IVSTE
Exerce Imperia, & populos compeſce rebelles,
Vèr acies age per medias, ver ingruit Orbi,
Deſiit & Cœlo magnis aquilonibus imber,

Explicit

Explicat, & frondes atque vmbras ſylua miniſtrat,
Et cui bella moues regio ditiſsima victus,
Annonâ nihil eſt à deficiente timendum,
Bucera quâ patulos errant armenta per agros
Lanigerique greges, perque ardua ſaxa capellæ,
Prima tuis regnis, albentibus horret ariſtis,
Illic flaua Ceres campis ſucciditur antè
Quàm noſtris lact ens calamus turgeſcat in agris,
Cruribus & nudis calcat gens illa Lyæum
Antè Lutetiatis quàm botrus aceſcat in aruis.
Ergò age, nempe breui bello experiêre ſubactos
Et faciles iuſsis patienter ferre l apatum,
Quos nulli valuêre Duces, hos purpura Regis
Flectet, & inuitos coget iuga ſueta ſubire.
Hinc reuocat Ciuile nefas, hinc ingruit ardor
Externi martis, labor eſt tibi durus vterque,
At tuus hoſtili generoſus miles in agro,
Ignotam tentare viam, fluuióſque minaces
Vrget, in aduerſos ſtrepitus & claſsica ſurgens
Strenuus, ardentique aſpirat pectore Martem:
Illum ſpes arrecta leuat, ſpes debita prædæ
Et ſperatus honos fert exultantîa corda
Vrbis in obſeſſæ muros quæcumque ſit illa,
Quamuis æratis miſsi fornacibus altè
Flammarúmque globi, ferríque volumina curſent
Multáque in inſtantes plumbi cadat horrida grando,
Et caput obiectare periclo, & ad arma ruentem
Ardenti ſtudio videas hilareſcere Martis.
Atque ſibi manibus non temperat vllus & armis,

Nec mora nec requies, preſſos inſurget in hoſtes,
Pulueris obſcuram pedibus mirabere nubem
Surgere, tanta animis virtus, tam prælia cordi,
Tam benè nota manent, hoſtem ſuperare, futura
Gloria quanta ſibi, quanta incrementa peculì.
His animis petet excidio furialiter vrbes,
Oppidáque euertet quouis munimine ſarta,
Et miſeros ciues è dulci limine pellet,
Antiquáſque domos à ſedibus eruet imis,
Atque nouas adiget ſub ſole inquirere terras,
Te nolente tamen, toties qui in bella ruentes
Debita ad obſequia, & firmæ bona tempora pacis
Mitibus alloquiis ſine vi & mucrone vocaſti,
Non tua Ciuiles quærit mens alta triumphos,
Fas quibus atque nefas regnat, quibus impia ruptis
Vicinæ arma mouent inter ſe legibus vrbes:
Grata foret magis alta quies, Patriaeqve parentis
Nobilius nomen tibi quàm Victoris habetur,
Sed quia nec iuſſis flecti valuêre nec armis
Ne cadat armati gens tota in militis iras
Fiat vt hoſtilis præcelſo in culmine turris
Noctua viſa diu cantus exerceat atros
Et mala dent corui preſſa quater omina voce,
Vt longè ante diem plebi ſint ſigna Rebelli,
Quæ maneant ſe Fata, quibus peritura ſit armis,
Ut prius iratis fiat quam victima turmis
Ad ſanam redeat mentem & reſipiſcere diſcat,
Cúmque tuis cedet felix victoria bellis
Inſtabiles animos facili prohibebis habena

Non Cælo, non vſque tuis ſe opponere iuſsis,
Nec labor eſt prohibere, rebellibus eripe notos
Antè duces, illis non impellentibus, altum
Nec ſapiet quiſquam, nec martia ſigna ſequetur.
O ſi Tectoſagum vicinia, Montis & arces
Albani, indigenûmque rebellia qualibet arma
Braccatæ gentis ſapiant parendoque iuſsis
Liligeri Domini ſocialia fædera rumpant,
Auertantque ſuis dirum ceruicibus omen,
Reddatur pax alma ſolo ſine ſanguine Franco,
Reddaris LODOICE *tuis, reddare Parenti,*
Et tibi Connubij ſociali fœdere iunctæ:
Sat procul à patriis Mauors te detinet aruis
Italus, aduersóſque inter Bellona Rebelles,
Sat tibi viſæ Alpes deſertáque cæca ferarum,
Ceſſeróque, atque arces Vticæ campique Nemauſi.
Sic tibi ſuccedant quæcúmque agis omine dextro,
Si non hoc nobis toto iam longius æuo eſt
Tempus, & inſolito mœret tua Francia luctu:
At vos Liligerum quicumque Herôa ſequuti,
Victori intextum diadema inducite noſtro
Lauri, oleæque ſimul mixtum de fronde virenti,
Belligeras iiſdem prætexite frondibus haſtas.
Eueniet tandem cum reddita tempora pacis
Militibus neglecta, dabunt fera pila colonis,
Venatura lupos, tutelam mitibus vuis
Et ſummo galeæ tecto appendentur inanes,
At bifido eductis Parnaſsi è culmine Muſis
Prima triumphales canet alma Lutetia palmas

Et ſtatuet Regi ſpirantia ſigna potenti,
Artificis fabricata manu, teſtantia cultum
Atque fidem populi, quo non parentior vllus
Regibus, & iuſſi non obſeruantior almi.

HIS, Ego non horas impendi ignobilis oti,
Nobilius quid enim quàm tanti intendere Regis
Laudibus, & vulgare Orbi mauortia facta
Mille quibus veteres Heróas paſſibus anteït,
Tum Richelliadæ Magni, quo ſoſpita ſiſtit
Francia, quem trepidant hoſtes, venerantur amici?
At mihi quæ data ſunt diuinitùs otia rupi,
Atque dies duxi longos in cantibus iſtis
Non referens quæ cantat Olor per littora Minci,
Aut quæ ponè ſuum modulans Philomela cubile,
Sat, ſi me patrij lætentur Acanthide dumi,
Indigenæue modis reſonent arbuſta Cicadæ
Dum meus Jtalicis Regnis Sol Francicus ardet,
Tectoſagumque manu ſubigit victrice Rebelles,
Et victis dans Iura, Aquilamque affectat, & Orbem.

ERRATA SIC CORRIGENDA.

PAg. 4. v. 15. ſic tibi. pag. 8. v. 5. neptem. v. 11. dictatis. pag. 9. v. 19. capeſſere. pag. 14. v. 20. centum. pag 11. v. 1. munia. v. 6. premeretque. pag. 17. v. 27. liligero infauſtis Regi. pag. 18. v. 11. arripuêre. pag. 21. v. 16. ſacratum. pag. 23. v. 16. de feudi. pag. 33. v. 5. cirris. pag. 39. v. 16. nocturnus. pag. 41. v. 13 hoſtilis. v. 20. præſtantior. pag. 43 v. 18. hoſtem. v. 19. offenſæ.

CLEMENTI XI.

PONTIFICI MAXIMO,

Pietatem ſuam, & publicam; curas, opes, & ſociata Principum Chriſtianorum arma, Turcarum conatibus feliciter opponenti.

SYMBOLUM HEROICUM.

Rex apum ab alveari fucos abigens.

LEMMA

Vincit inermis.

O D E.

Uà fons ſonanti deſilit mollis pede,
Ripas coronatus thymo;

A Um-

Digitized by Google

Umbramque fagus hoſpitalem porrigit,
Nigræ ſodalis æſculi:
Illic penates melleos, & cerea
In excavato cortice
Apes locarunt caſtra. Rex, ſuffragiis
Electus unus pluribus,
CLEMENTE populum nobilem imperio regit,
Et juris ac recti arbiter,
Quas in bonum commune leges providus
Diſpenſat, exemplo docet.
Primus laborem carpit, & primus viam
In florea oſtendit juga.
Gens læta ſequitur, ſive ſit prædas opus
Vectare de ridentibus
Pratis, opesque roſcidas volentium
Libare de florum ſinu;
Sive arte cellas fabricari dædalâ,
Urbemque cera condere:
Seu triſte fucos, & male creatum, genus
Portis abactum fundere;
Volucresque in hoſtem copias educere,
Et pace tutari domos.
Tunc Regis ingens animus, & periculi
Secura virtus emicat:
Aciem, ut peritus ductor, inſtructam explicat;
Deſcribit, aptat, ordines;
Geminoque proprios præficit cornu duces,
Vincere paratos aut mori:
Tempus, locumque prælio [illegible] legit,

Qui

Digitized by Google

Qui commodus victoriæ:
Subſidia cautus denique à tergo locat,
Opemque vicinos rogans;
Artis relinquit bellicæ intactum nihil.
Jam claſſicum bombus canit,
Aculeisque miles erectis minax,
Avidusque pugnæ, provolat:
Concurrit acies gemina: fucos, corporum
Et numerus, & moles, juvat:
Generoſus ardor apibus, atque induſtria,
Et æquitas cauſæ, favet:
Rex ipſe magni ſolus inſtar agminis,
Aculeo quamvis carens,
Auctoritate, voce, conſilio, prece,
Difficile certamen regit:
Et cuncta movet immotus, & INERMIS licet,
VINCIT. Fugam trepidus rapit
Hoſtis: vel auſus ſi quis eſt pugnæ aleam
Rurſum ſubire pertinax,
Apum triumphos clade cumulavit ſua.

IMagine in parvâ licet
Noſtri colores temporis cognoſcere,
Verſoſque luctus gaudiis.
Horreſcit animus, ac licet periculo
Defunctus immani, timet;
Noſtroſque pallens charta commemorat metus,
Et hoſtis horrendi minas;
Cùm ferre pacem indocilis, atque odio æſtuans

Quo flagrat in ſanctum genus,
Aſiamque, & Orbis ultimi vires, trahens
Terra immineret ac mari.
Vaſtata nuper Pelopis antiqui domus,
Et ſtrata campis agmina,
Cladem propinquam præcinunt: cohortibus
Oppleta Turcicis gemit
Corcyra, nec ſpem, vel moram exitii, videt,
Obſeſſa campis & freto.
Italia vacuis portubus ludibrium
Prædamque debet hoſtibus:
Iſter tumentes latius fluctus rotans,
Hoſtilibus quanquam aggerem
Opponat armis tutum, & alti Cæſaris
Nomenque & invictas manus:
Tot fuſa circum millia horreſcit tamen,
Numeroque par ut ſit, timet.
Nec me tamen ferocis Ottomani furor,
Aut tanta vis belli movet;
Irata metuo ſidera, ultorem Deum,
(Quod noſtra poſcunt crimina.)
Cui mitigandi Numinis partes dabis
Europa? CLEMENTEM vide:
Hæc nempe rebus, quidquid immineat mali,
Tutela præſens aſperis.
Quibus ille precibus inſtitit! quibus polum
Votis fatigavit! necem
Obire pulcram promptus, & (ſi fas) iter
Medios per hoſtes tendere.

Sic,

Sic, Orbe puras pro reo attollens manus,
  Vim Numini blandam facit.
Placare Superos nec ſatis domi putat,
  Indicit aris publicas
Preces, piosque ſupplicantium choros:
  Sacrosque præcones jubet
Metuenda verbis intonare grandibus
  Cœleſtis iræ fulmina.
Quid multa? pœnas criminum laxat graves;
  Veniamque pœnitentibus
Offerre facilem gaudet, ex ærario
  Quod creditum fidei ſuæ
In filios diſtribuit indulgens pater,
  Juſtitia quos vindex premit.
Humana demum auxilia divinis (monet
  Ut ſancta lex prudentiæ)
Sociare curans, Principum fidas ſimul
  Claſſes, & arma, congregat;
Aurumque promens liberali de penu,
  Incœpta fauſta promovet.
Sic Turcam INERMIS VINCIT. Everſæ ruunt,
  Succiſa ceu ferro ſeges,
Totæ phalanges, ira juſti militis
  Quas, feſſa cædendo, metit:
Hominum & equorum de tot ante millibus,
  Deque apparatu bellico,
Caſtrisque, tormentisque de muralibus,
  Vix nomen & fama eſt ſuper.
Soluta vinclis arduum caput erigit

Digitized by Google

Corcyra; claſſemque impiam,
Dum per latentes Cycladas, vaſtum & mare,
Confeſſa ſe victam, fugit;
Oculis ſequuta, non diu lætaberis
(Mens vera ſi quid augurat)
Turpi receptu, dixit; infauſtas rates
Parata ſequitur ultio,
Tuaque noſtros clade penſabis metus.
Sic fata, ſcopulos interim,
Et præliantes cum truci Borea Notos,
Et brevia, ſyrtesque horridas,
Caphareasque littore doloſo faces,
Vectoribus diris vovet.

Tibi, ROMA, gratulare Sancto Principe;
Grateſque ſolve debitas.
Quod hoſte ſævo liberi, & ſalvi, ſumus;
Quòd vincimus; CLEMENS, tuum eſt.

LAVS·DEO

Digitized by Google

IN TURCAS

Terra marique victos, fuſos, fugatos,

A U S P I C E

CLEMENTE XI.

PONTIFICE MAXIMO.

DITHTRAMBUS.

Surge, Phœbe, pone curas,
Sume plectra, funde lætum
Ore carmen, uſitatis
Parce modis agitare cantus.

Clio

Clio docta cur moratur?
Cur Thalia lenta ceſſat?
Otioſa cur ſororum
Turba monte torpet alto?

Huc adeſte, convolate,
Queis Apollo labra ſacro
Fonte tingit; huc adeſte,

Turca mari fugit atque terra.

Huc, proterva turba, Fauni,
Huc, amœna turba, Nymphæ;
Ferte ſerta, ferte flores,

Turca mari jacet, atque terra.

Ferte ſiſtra, barbitosque,
Fiſtulasque, tibiasque,
Et canendo, luſitando,
Saltitando, prædicate

Turca mari fugit atque terra.

Audiat Æther,
Gaudeat Æther;
Te Duce, CLEMENS,
Roma triumphet;

Turca mari jacet atque terra.

Itala feſtis
Æra reſultent
Undique templis:

Turca mari fugit atque terra.

Audiat Iſter,
Littora multo
Flore coronet:

Turca mari jacet atque terra.

Plaudat Iberus;
Et Tagus almam
Vertice flavo
Nectat olivam:
Tum ſua Nereo
Lætus uterque
Gaudia portet.

Turca mari fugit atque terra.

Cur-

Digitized by Google

CUrre, Fama, clange, clama;
Gaudiaque extremum, & plauſus, & carmina, longè
Differ in orbem:

Turca mari jacet atque terra.



...TECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ MDCCXVI.
Typis JOANNIS MARIÆ SALVIONI in Archigymnaſio SAPIENTIÆ.
SVPERIORVM FACVLTATE.

Digitized by Google

10

TYBERIS ET MANTVS AMORES REDIVIVI:

IN NVPTIIS

EXCELLENTISSIMORVM PRINCIPVM,

CAROLI BENEDICTI IVSTINIANI, ET CATHARINAE GONZAGAE.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EPITHALAMIVM

IACOBI ALBANI GHIBBESII,
POETAE LAVREATI CAESAREI.

ROMAE,
Ex Typographiâ Tinaſſianâ, M. DC. LXXII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

S. R. I.

PRINCIPI, ALPHONSO GONZAGAE, NOVELLARIÆ ET BAGNOLI *COMITI.*

GRatulor tibi generum, ALPHONSE GONZAGA, quem, ſiquidem coëmptione fiant nuptiæ, ipſa (quod Auguſto Cæſari promittere Maro non dubitabat) pro ſingularibus eius, ac propè diuinis meritis,

— *Sibi generum Tethys emat omnibus vndis.*

Ità cunctis nimirùm corporis & animi præſidijs atquè adiumentis præſtantiſſimus Adoleſcens, *Ca-*

Digitized by Google

rolus Benedictus Iuſtinianus, Baſſani Princeps, vel amorem trahit ſui, vel concitat admirationem. Annales vt taceant, hiſtoriæquè vel publicæ vel priuatæ vetuſtiſſimam illius ſemperquè dominatricem proſapiam; mores enimuerò toto genere aurei, liberalis illa indoles, atquè in hoc ætatis flore tot ac tantarum cognitio rerum tam excellens, ea deniquè oris ſpecies & vniuerſæ figura conformationis egregia cumprimis & illuſtris, ſatis loquuntur dignum imperio, hoc eſt, Iuſtinianum.

Quod dixi de genero tibi, EXCELLENTISSIME PRINCEPS, poſſum idem affirmare ſimiliter gratulabundus *Mariæ Pamphiliæ* de nuru, grauiſſimæ atquè optimæ fœminæ, ſponſi matri iam laudati. Nihil ſanè neque in re, neque in verbis aliud occurrit magnoperè immutandum, quàm quantum vtriuſque natura ſexus præcipuè ſibi vendicat. Niſi fortè exiſtimamus Amazonum gentem viros ementitam, cultus eorum ac ſtudij æmulam, in prædicatione & gloria poni iure oportere. Caij & Cajæ more maiorum coniuges ſunto: (nòſti mutui contractus formulam; Vbi tu Caius, ego Caia) id eſt, vitæ quiſque inſignia ſuæ profeſſi vna duntaxàt ſponſalium luce præſe ferant; præſtare auſim in omne futurum tempus concordiſſimam talium voluntatem.

Hi quidem ambo intra proprios veræ commendationis limites quamlibet votorum audaciam tranſcenderunt. De *Catharina* filia tua, quæ iam ex virgine facta mulier eſt, quis optaſſet vnquàm,

mul-

multò etiam minùs audiens aut videns crederet niſi expertus, eam in tam celſa fortuna atquè luculenta pares ad literaturam vtriuſque linguæ, & ad philoſophiam gradus facere potuiſſe? Sed tua erat filia: potuit ergò vtiquè, atquè adeò debuit. Conſtanti enim fama, atquè omnium ſermone peruagatum eſt, te in artium ſtudijs liberaliſſimis eſſe doctriniſquè conſummatiſſimum; ſic, vt tametſi Amaltheum ingenti copia & varietate librorum inſtructum habeas, plus te tamen ipſum homines ſtudeant, velutquè animatam quandam & ambulantem (quod Græci dicunt) bibliothecam ſuſpiciant & admirentur.

Verùm impudens ſum: nimis verbero modeſtiam tuam. Cùm præclarè facias, tædet maximè in os dici tibi, pulchri & boni conſcientia facti tuto & contento. Id ni obſtaret, quàm multa hùc alia, Deus bone! quàm rara, quàm glorioſa afferre præconia poſſem, vel propria tua, vel gentilia, quæ ſi redux ab Elyſio veſter ciuis ac poëta Virgilius auribus acciperet, grandius à vobis argumentum ſumpturus, Æneïda credo equidem damnaret ſuam. Quid enim? ex hoc vberrimo ducum & heroüm fruticeto, ex hoc reginarum & Auguſtarum feliciſſimo ſeminario, nonnè decerpere licet abundanter, vndè ſe iactet mirificè, exultetquè ac triumphet vates pariter & orator?

Sed manum de tabula tantarum rerum: ad me priuatim ſermonem hac reliqua parte conuertam. Nuptiali hòc carmine, quod ex debito fueram

ag-

aggreſſus, vt Iuſtinianæus affectator & domeſticus, ad vmbilicum perducto, cœpi illicò mecum ipſe, cui potiſſimùm illud datum officiosè dicatumquè vellem, cogitare. Magnum nomen, vtpotè in re minimè vulgari, erat eligendum. Hærebam aliquantiſper ſuſpenſus ac dubius animi, *Eleonoræ* nè idem Auguſtiſſimæ Imperatrici, propinquæ veſtræ, Diui Ferdinandi ſecundæ vxori, qui Cæſaris pater nunc regnantis fuit, munificentiſſimi patroni ſui vatis, àn tibi citiùs conſecrarem nouæ Nuptæ genitori, adeoquè peramantis ſocero Principis mei. Vicit poſterior ſententia, & me traxit haud inuitum.

Sines igitur, *ò Magnanime COMES abſque pari*, obſeruantiæ noſtræ reſpondere benignitatem tuam: atquè ex quo ſinu lectiſſimam Virginem dimiſiſti, in eum Epithalamium iſtud ſummi cultus & ſtudij in te mei perpetuum teſtem, libenter admittes. Quod ſi vt conſequar, quemadmodùm ſpero & confido, mihi acciderit, cùm nouos mihi animos addi putabo ad alia, tum Phœbæos planè ſpiritus ad Genethliacum ſuo tempore canendum, cuius præſens opella præludium exiſtimari debet; non ſecùs, atquè flos antecedit fructum, ſentiam infundi. Vale.

Romæ, Ex ædib. Iuſtinianis, prid. Id. Quintil. 1672.

EXCELLENTIAE TVAE

Deuotiſſimus ſeruus,
Ghibbeſius, P. L. C.

* EPITHALAMIVM.

MISSA vtrinquè ſuæ pictura [a] reciproca formæ,
Artis opus primæ, tantùm non mentis imago,
Sulphureas [b] animas iuuenum inflammârat amantum
Igne pari. Læti vires auxêre [c] parentes,
Connubio vt fierent generis conſortia priſci,
Et domus vna ducum geminâ de ſtirpe coiret.
Sic olim aſpecti Lelegum [d] per mutua reges
Parrhaſiæ ſimulacra manûs, ceù fomite ſtrato
Corripuêre citum fibris penetralibus ignem,
Nec Mauſolæi [e] reſtinxit gutta ſepulchri.
Tempus [f] erat, quo cuncta nouat vegetabilis [g] æther
Corpora per terras, Zephyris mulcentibus annum;
Quo ſanguis [h] calet omnis, alit tener aurea ſuccus
Gramina, & ambroſij campis afflantur odores.
Ardens eccè animi ruit altæ mœnibus vrbis,
Vrbis Romanæ, pars cuius [i] magna tenetur,

Baſ-

* *Epithalamium.*) Eſt carmen, quo nuptiæ celebrantur. Erat duplex, matutinum, & veſpertinum; vt ait interpres Theocriti. Cuius poſtremi generis noſtrum eſt, incipitq; ad illa verba, Pęan iò Pęan &c. Nam prima pars continet Iter Lauretanum: quem ſacrum locum nuptijs ſuis vterq; Princeps Sponſus deſtinarat.

a *Pictura reciproca.*) Ectypum ſui vultus Reges proci, & magnates gemmis ferè pretioſis diſtinctum inter ſe ſolent quamuis procul miſſitare.

b *Sulphureas animas*) Epithetum amantum ex Platone: nihil enim rapit flammam citiùs aut faciliùs ſulphure.

c *Auxere parentes.*) Nobiles & caſtos amores filiorum parentes adjuuant.

d *Lelegum per mutua Reges.*) Cariæ reges Mauſolus & Artemiſia. Hæc inſigni pudicitia prædita viri demortui cineres vino commiſtos fertur ebibiſſe.

e *Mauſolæi reſtinxit.*) Eadem regina ſplendidiſſimum coniugi erexit ſepulchrum: vt magnifica omnia monumenta Mauſolea deinceps ab illius nomine fuerint appellata. Gellius l. 10. c. 18. Vitruuius l. 2.

f *Tempus erat.*) Circumlocutio de vere. Dies 18. Aprilis 1672. dedit initium profectioni Principis ſponſi.

g *Vegetabilis æther.*) Aer Aprili menſe eſt genitalis, vel, vt loquitur Ennius, genitabilis. Aprilis dicitur quaſi Aperilis, quòd omnia tunc reſoluta ac tepefacta terra aperiantur & germinent. Græcis Anthesterion vocatur, quòd hoc tempore cuncta floreſcant.

h *Sanguis calet omnis.*) Hic menſis ab effectu Veneri ſacer in eius tutela habebatur.

i *Pars cuius magna.*) Cùm anteà patricius Romanus maiorum gentium Iuſtinianus fuit, tum verò poſt conſanguinitatem Pamphilianam etiam Pontificij ſolij Princeps.

k Baſ-

Baſſani [k] *Carolus* [l] *princeps*, cum principe [m] matre,
Pronus in [n] occurſum [o] Sponſæ. Comitatur [p] euntem
Stipatorum ingens legio, famuliquè ſequaces
Tercentum celſiuè in equis, aut curribus acti.
Et iam meta ſtetit lux [q] nona procoquè, viæquè,
Nazarei [r] oſtentans radiantia culmina templi
Picente [ſ] in cliuo. Feret ocyùs obuia greſſum
Compoſito ſperata loco [t] pulcherrima Virgo,
Adducit pactam face [u] Nouellarius heros
Quam genitor, latè [x] Mincj deflentibus vndis
Iacturam Nymphæ reparandam fœnore nullo.
Nec multum in medio, [y] præſens cùm ſiſtitur ipſa
Optanti ante oculos iuueni, & cœleſte precauti
Auxilium magnæ ſacratâ Matris in æde.
Plurimus [z] aduerſo venientem calle ſatelles
Ibat ouans circùm, tutabaturquè puellam,

Ger-

k *Baſſani.*) Baſſanum oppidum in Tuſciæ mediterraneis ad 26. ab Vrbe lapidem, principatus Iuſtinianorum titulus.

l *Carolus princeps.*) Andreę filius ex patricijs Genuæ, deinde regulis Chij inſulæ cum Cycladibus, & Phocæa vtraque.

m *Cum principe matre.*) Maria Pamphilia Innocentij X. Pont. Max. fratris filia, prudentiſſima ſpectatiſſimaque matrona.

n *Pronus in occurſum.*) Laureti, loco deſignato.

o *Sponſæ.*) Catharinæ Gonzagæ Alphonſi filiæ, Nouellariæ Comitis. Vide epiſt. dedicator.

p *Comitatur euntem.*) Magnus Caroli comitatus & luculentus ab Vrbe proficiſcentis.

q *Lux nona procoque.*) Præterita (neque enim tam anguſtus ſcribendi locus ſufficit enarrandæ tantæ magnificentiæ) per pagos omnes, villas, & vrbes intermedia eius exceptione, nonus denique itineris dies optatis illius apicem impoſuit.

r *Nazarei oſtentans.*) Natalis domus B. Virginis in Nazareth viculo Galilææ, nunc ingens & opulenta ædes eidem Diuæ conſecrata, poſtquàm in Picenũ diuinitùs tranſlata fuit. Turſellinus conſulatur in Hiſtor. Lauretana.

ſ *Picente in cliuo*) In collis vertice ſita Leg. c. 7. l. 1. eiuſdem hiſt.

t *Pulcherrima virgo.*) Forma & ætate florentiſſima, nempè 22. annorum.

u *Nouellarius.*) Ipſe pater Alphonſus, fraterque germanus Virginis Camillus, ornatiſſimus adoleſcens, ac non minùs paternæ virtutis, quàm principatus hæres, eam conduxerunt.

x *Latè Mincj.*) Mincius fluuius ex Benaco lacu profluens alium prope Mantuam lacum efficit, illamque adeò Gonzagarum Ducum primariam ſedem inſigni ſtagno circundat & munit.

y *Præſens cùm ſiſtitur.*) Vix vnus & alter dies intercеſſerat, cùm ipſa lætanti ſponſo ſuperuenit.

z *Plurimus aduerſo.*) Comitatus eius ſtipatorum ampliſſimus deſcribitur, qui conſtabat ex ſubditis.

a An-

Germano per iter fidæ ductore cohortis;
Quippè ſuæ; dominum ſi nouit ſubdita pubes.
Ancillaris [a] ad hæc, muliebri proxima mundo,
Cultuſquè, & roſeæ data cui cuſtodia formæ,
Turba rapit campum leuibus prouecta quadrigis;
Pallene, [b] Brioquè, Maleaquè, Paſitheequè,
Et Glycera, & *Cathare* [c] ante alias dilecta miniſtras;
Quæ fert nomen heræ, [d] Chionequè, & fuſca [e] Melænis;
Quamuis Maura, tamen niueo gratiſſima dente,
Atquè Pſecas [f] varios capitis bona fingere plexus,
Et demùm his [g] Aeſymna nouem præfecta puellis;
Vnâ omnes ætate, pares in veſtibus omnes,
Præter matronam, & ſimili tectæ [h] ora galero.
Ac velut [i] Arcadio Delon mutare Lyceo
Cynthia cùm tendit, certis metuenda ſagittis
Venatrix: properæ currunt ad munera Nymphæ,
Obſeruantquè Deam; ſenior ſic imperat Aegle:
Talis erat ſpecies aulam linquentis auitam
Virginis; hoc illi vigiles ſtant ordine ſeruæ.
  Iamquè propinquabat muris Gonzagia [k] coniux,
Vrbem qui cingunt [l] lauri de nomine dictam,

Con-

a *Ancillaris adhæc.*) Fœmineam trahit ſecum cateruam ancillaribus officiis addictam.
b *Pallene.*) Nomina ficta ex decoro. Et eſt imitatio qualiſcunque loci Virgiliani l. 4. Georgic. de Cyrene Ariſtæi matre ſub vndis vnà cum nymphis ſuis.
c *Cathare.*) Nam princeps Virgo Catharina appellatur.
d *Chioneque.*) Id eſt, niuis inſtar candida.
e *Melænis.*) Melænis contrà nigram ſignificat. Aethiopes, moriones, nani, Melitææ catellæ Principibus in delicijs.
f *Pſecas.*) Nomen ancillæ deſumptum ab vna comitum Dianæ apud Ouid. quæ crines exornat. Vndè huc reſpiciens Iuuenal. Sat. 6. ſic inſurgit: Componit crinem laceratis ipſa capillis Nuda humeros Pſecas infelix.
g *Aeſymna.*) Matrona puellarum moderatrix. Vid. æſymnetam apud Ariſt. l. 3. politic. c. 10.
h *Tecta ora galero.*) Veſtitæ & ſuccinctæ pro itinere.
i *Arcadio.*) Vid. Virg. l. 1. Aeneid. ad illos verſus: Regina ad templum &c. Inceſſit &c. magna comitante caterua. quem imitamur in hac comparatione.
k *Gonzagia.*) Deſignata ſcilicet, vel mòx futura coniux.
l *Cingunt lauri.*) Poeticè dictum, non ad fidem hiſtoriæ. Nam Laureto dedit nomen Laureta Recinetenſis, diues iuxtà piaque fœmina, cuius in ſyluâ primùm ſancta Domus aduecta conſedit. Turſellin. c. 6. l. 1.

B   m Val.

Conſorti tradenda viro. [m] Valle ille ſub imâ
Pulueream proſpexit vbi conſurgere nubem
E ſpeculis; Venit, [n] ipſa venit: quid ſtamus hiantes?
Noſco globum, noſco currus, atquè arma [o] ſequentum;
Præcipitemus, ait: ſimul emicat impiger, acri
Vectus equo contrà: proprias amor addidit alas.
Ponè ſubit feſtina [p] cohors non curſibus æquis.
Conuenêre: [q] viam calathis inſternite plenis
Herbarum & florum: nulli abſint veris honores
Menſe [r] ſacro Veneri, ludiſquè iugalibus apto.
Pubentes tondete roſas, tondete, Napeæ,
Lilia, Narciſſiquè comam, teneriquè Hyacinthi,
Et myrtum, & ſerpyllum, & non ſine baccare thymbram,
Hiſquè ſolo iactis ambos deducite ad aras.
Poſtquàm alterna [ſ] ſalus blandis eſt reddita verbis,
Inquè vicem licuit ſe viſu paſcere primo,
Affariquè palàm cupidis, & iungere dextras,
Proceſsêre acies [t] æquatis indè maniplis
Hinc atquè hinc dominæ circum pilenta decoræ,
Ac labente die montis [u] ſub tecta tulêre.
Defeſſam non illa epulis feſtiſquè choræis
Accipit, & ſomno, [x] ſoli qui debuit eſſe
Vltimus; ad ſocium nam pertinet [y] altera ſponſum.
Poſtera [z] vix primo tenebras Oriente fugârat
Lætificos referens terris Aurora colores;

An-

m *Valle.*) Ille ſublimis ex monte nubem videt pulueream ſub valle.
n *Venit.*) Vt illud; Deus, ecce Deus apud Virg. Verba tumultuaria amantis in re ſubita & improuiſa.
o *Atque arma ſequentum.*) Famulorum ſyntheſes, indumenta concoloria.
p *Feſtina cohors.*) Quamuis propera, tamen præ illo tarda, quem pennatus Cupido portabat.
q *Conuenêre.*) Primus occurſus ſponſorum, & conſpectus mutuus.
r *Sacro Veneri.*) Vide notam ſuprà, Quo ſanguis calet omnis &c.
ſ *Alterna ſalus.*) Eorum conſalutatio inter ſe.
t *Acies æquatis.*) Coiit vterque comitatus in obſequium Virginis.
u *Montis ſub tecta.*) Ad hoſpitium in alto oppido præparatum.
x *Soli.*) In cælibe lecto.
y *Pertinet altera.*) Proxima ſequente nocte coniuncta cum viro dormitura eſt.
z *Poſtera vix.*) Periphraſis ortus diei.

a Fi-

Antè [a] vigil (nequè enim requieſcere pectoris æſtus
Membra ſinit lecto; ſtimulos [b] quis neſcit amantum ?)
Inquè pedes rectus, dilectæ Virginis ortum
Iuſtinianiades quærit, frontemquè ſerenam,
Sole [c] priùs ductor. Decus hoc ſit Lucifer vnus;
Aſpicit hoc gaudens quauis præ lampade lumen.
Maiori intereà famulæ Gonzagida [d] cultu
Sollicitæ ornabant thalamis, tædiſquè futuris.
Fulgentem ex humeris auri ſubtegmine pallam,
Arrectam [e] gemmis, & longum ſyrma trahentem
Iniecêre, nouâ memores conſtringere [f] zonâ
Velamenta ſinûs, haud inferioris [g] abollæ.
Pectore flammiuomum niueo pendere [h] monile
Cernitur, at collum circundat [i] tortilis ordo
Baccarum: ignotos digiti mirantur honores,
Nec ſuetum geminâ ſentitur [k] pondus in aure.
Signa [l] tuas, Hymenæe, faces tum deindè parârunt;
Quæ propiùs monſtrent, vicinaquè caſtra Diones.
Formabat viridem capiti [m] verbena coronam,
Vndè verecundos texerunt [n] flammea vultus:

Mol-

a *Vigil.*) Noctis erat medium, curaſque & corpora ſomnus ſoluerat, at Virgo Cinyreia peruigil igne Carpitur indomito. Ouid. 10. Metamorph.

b *Stimulos.*) Me tamen vrit amor: quis enim modus adſit amori? Virg. ecl. 2.

c *Sole.*) Vult, optatque Virginis ortum potiùs, quàm Solis. Sic loquitur Horat. od 18. l. 1. Nullam, Vare, ſacra vite priùs ſeueris arborem. Græciſmus.

d *Gonzagida.*) Comptus & ornatus Virginis procedentis ad nuptias.

e *Arrectam gemmis.* Sic Maro dicit; ſignis auroque rigentem.

f *Zona.*) Cingulo noua nupta præcingebatur, quod vir in lecto ſoluebat. Feſt. l. 3.

g *Abollæ.*) Eſt tunicæ vel togæ ſpecies. Per metaph. pro quauis re in ſuo genere præſtanti. Iuuenal. Sat. 3. audi facinus maioris abollæ. 1. notæ.

h *Monile.*) Ornamentum eſt gemmeum, quod ſolet ex fœminarum pendere collo, dictum à munere. Iſid. l. 19. c. 31.

i *Circundat tortilis.*) Margaritę funiculo traiectę.

k *Sentitur pondus.*) Auribus extentis magnos commiſit elenchos. Iuuen. ſat. 6.

l *Signa tuas.*) Indumenta nuptiarum propria.

m *Verbena.*) Coronam ex verbenis à ſe lectis compoſitam noua nupta, Sexto Pomp. teſte, ferebar.

n *Flammea.*) Velum id, quo nuptę caput operiebatur, dicebatur flammeum. Lucan. l. 2. Pharſal. Non timidum nuptę leuiter tectura pudorem Lutea demiſſos velarunt flammea vultus.

Digitized by Google

Mollia [o] luteolo cedunt veſtigia ſocco.
Hæc aſtuta [p] Pſecas mirâ omnia ſtruxerat arte.
Non minor ex aliâ heroi [q] contenditur alto
Parte labor: trepidi medium cinxêre miniſtri
Aequalem ſponſæ formoſo reddere comptu;
Seù princeps oſtentet opes, ſeù ſponſus amores,
Illuſtres vtriuſque notæ patuêre decoris.
Ipſe ſed impatiens [r] operum, cupiduſquè fruendi
Virginis aſpectu diſiunctæ ſedibus ampli
Hoſpitij (pater his celſas accommodat ædes
Ritibus, Auſonio ſplendens [ſ] *Bonacurſius* oſtro)
Illos ornandi medio in certamine liquit
Proripiens ſeſe, dominæquè ante ora volauit.
Tum verò [t] vnanimes [u] Ieſſææ ad culmina Diuæ,
Atquè adyta, atquè ſacris incenſas ignibus aras,
Matrem alter ducens, manibus ducta altera patris,
Ordine procedunt fœdus componere lecti,
Ingenti populo ſepti, & primoribus vrbis.
Ipſe gubernator dextras, idemquè ſacerdos,
Commiſſurus [x] adeſt, vittis *Duratius* [y] albis
Euinctus de more caput, pro limine templi,
Paſtorale pedum geſtans, lævamquè micantem.
Mòx celer ingreſſos, precibus [z] votiſquè ſolutis

Ri-

o *Luteolo.*) Luteo quoquè ſocco vtebantur ſponſę, vt aſſerit Seneca in Hippolyto hiſce verbis: Crura diſtincto religauit auro, Luteo plantas cohibente ſocco. Et Apul. 9. Mileſiar. pedes luteis induti calceis.

p *Pſecas.*) Vid. ſuprà notam, Atque Pſecas varios &c.

q *Heroi contenditur.*) Ornatus Principis Virginem ducturi.

r *Impatiens operum.*) Vid. Aeneę vulnerati impatientiam apud Virg. l. 12. Ille auidus pugnę &c. oditque moras, haſtamque coruſcat. Conuenienter viri moribus, & maſculo animo.

ſ *Bonacurſius.*) Picenus, ex Queſtore ſiue Theſauratio generali S. R. E. Cardinalis commodauit palatium ſuũ Laureti Principibus ad nuptias, ipſe abſens.

t *Vnanimes.*) Fortuna & volũtate pares.

u *Ieſſæa.*) B. Virginis Deiparę, à Ieſſe patre Dauidis, cuius erat de ſtirpe.

x *Commiſſurus adeſt*) Vittę cum mitra, pedum, lęna, ſacerdotalia inſignia & ornamenta.

y *Vittis Duratius.*) Marcellus Duratius, patricius Genuenſis, Archiep. Chalcedon. Laureti Gubernator ſeu Pręfectus, maritale coniugium ſolenni forma celebrauit.

z *Precibus votiſque.*) Conceptis verbis.

a Fau-

Ritè Deo, iuuenes in mutua vincula miſit
Connubij dulcis, totâ quod mente petebant,
Orauitquè thoro, [a] fauſtumquè admiſcuit omen.
Olli, [b] quà venêre, [c] legunt veſtigia retrò,
Inquè lares, facto læti, referuntur eoſdem.
Nunc conuiuia, nunc hilares agitare choræas
Largiùs [d] heſternis, nunc omnem admittere ludum
Mos [e] iubet in ſeram, Genij [f] libamina, noctem.
At Venus indignata moras, & [g] pronuba Iuno,
Diuellunt [h] ſua procliues ad gaudia mentes
Lege aliâ; [i] primaſquè faces dant ſigna quietis,
Ac thalamo tradunt: ſi pax [k] tamen vlla ſequetur.
Somnos odit Hymen; [l] rixæ, ſimulataquè cordi
Bella Deo cæcâ, quàm longa eſt, noctis in vmbrâ.
Eiâ nuces, [m] pueri, veniat nè clamor ad aures,
Spargite; vos aerem matres reſonate [n] Thalaſſum.
Nullus in æde vacet ſtrepitu locus: obruet ingens
Fœmineas murmur voces, vt lumine Titan

Au-

a *Fauſtumque.*) Quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque eſſet, pręfatus.
b *Olli, quà venere.*) Antiquum verbum. Ita Maro non ſemel Ennium ſecutus.
c *Legunt veſtigia.*) Pleonaſmus.
d *Heſternis.*) Quàm pridiè veſperi, cùm primò ventum eſt.
e *Iubet in ſeram.*) Vbiquè gentium & omni tempore nuptias agitari hilarè & genialiter acceptum eſt.
f *Genij libamina.*) Genius voluptatis Deus eſt habitus. Vndè illa, indulgere genio, curare genium. Choreę igitur, & ludi ſunt gratiſſima Genio ſacrificia.
g *Pronuba Iuno.*) Iuga, Cinxia, Vnxia, Domiduca &c. his nominibus colebatur & inuocabatur in nuptijs. Pronubas, ait Donatus, dici, quę in obſequio nubentis ſunt, quę ſcilicet nubentes domum, imò (addo ego) ad lectum mariti deducunt & comitantur.
h *Sua procliues.*) Auocant faciles & volentes à cęteris conuiuijs.
i *Primaſque.*) Prima fax, noctis eſt principium, quòd lumina tum accendebantur. Liuius primas tenebras appellat. Horat. prima lumina.
k *Si pax tamen.*) Iocularia volumus hęc eſſe, non Feſcennina carmina.
l *Hymen, rixæ.*) Liberi & Veneris filius, mirum, ni nocturnas bacchationes excitet ac foueat, cùm ſit nuptiarum pręſes.
m *Pueri, veniat.*) Cùm iam noua nupta in lecto viri collocata eſſet, & epithalamium foris canebatur (quod nos facicmus) & nuces à pueris ſpargebantur, ad ſtrepitum commouendum. Pete rationem huius rei ex alijs authoribus; quanquam damus etiam nos aliquam his verbis, Veniat nè clamor &c.
n *Thalaſſum.*) Deus apud Romanos nuptiarum erat, quem in nuptijs Romani

Auctior exiguos ſtellarum diſſipat ignes.
Quid, quòd & [o] Eumolpus Phœbæo tempora ſerto
Implicitus, Muſaſquè ciens in carmina vates
Contendit cum voce lyram, fregitquè canendo
Atria marmoreis circumuallata columnis;
Brito [p] genus, Sequanæ fudit quem mater ad vndas.
Hic, vt erat longo [q] cultor iam cognitus vſu,
Deuinctuſquè cliens Baſſani iure [r] tetrarchis,
Egregias memorat dotes, præclaraquè facta
Sponſorum, & pulchris emittit vota maritis:
Præcipuè [ſ] vt plenis oriatur menſibus infans,
Qui ſimili magnos referat virtute parentes.
Applaudunt conuiuæ, ac nectare [t] verba coronant.
Stentoream [u] optâſſet, [x] venit quæ nuper ad auras,
Inuentum patrium, ille tubam pro robore vocis,

Au-

mani non ſecus, atque Græci Hymenæum inclamare conſueuerunt. Vid. Plutarch. in Romulo, & quæſt. Rom. 31.

o *Eumolpus Phœbæo.*) Poetæ nomen commentitium adhibiti in epulis, vt crinitus Iopas apud Virg. quaſi dicas, dulcicanens; & eſt is, qui canere aggreditur epithalamium [illegible] ſcilicet Author ipſe Laureatus à Cæſare.

p *Brito genus.*) Ex parentibus Britannis natus in Gallia. Brito ſumitur non rarò pro Britanno, à Iuuenal. ſat. 15. à D. Aug. epiſt. 106. aliiſque paſſim. Nec mirum; ſi Britannia dicatur à Britone rege. Ortel. Mercat. Camden.

q *Longo cultor.*) Octo propè annorum familiaris & domeſticus, plurimis & maximis beneficiorum vinculis obſtrictus.

r *Iure tetrarchis.*) Patri videlicet & filio; ab Andrea Principe fel. mem. perhumaniter inuitatus.

ſ *Præcipuè.*) Optimum parentibus votum, vt opportunè generent pariantque liberos ſibi perſimiles.

t *Nectare verba.*) Maioribus conuiuæ poculis auguria poetæ ſecundant atque fortunant.

u *Stentoream.*) Tubam dictam à Stentore, Græcorum omnium vocaliſſimo, qui quinquaginta hominum clamorem vocis magnitudine adæquabat, vt placet Homero, 5. Iliad.

x *Optaſſet.*) Voluiſſet vtiquè ſibi dari [illegible]nam, quam ſuus author appellat Stentorophonicam, ad amplificandam & dilatandam vocem, vt longè vndiquè perciperetur ad compluria paſſuum millia. Nupera eſt inuentio Academicorum Societatis regiæ Londini. Præcipua verò laus tribuitur Cl. V. Samueli Morelando, Eq. Aur. tanquam primo & vnico repertori. Tametſi εὕρηκα clamat Athanaſius Kircherus, ſibique decus famamque vendicat. Aſſeruit enim nobis modò ſcribentibus rem totam abhinc annos circiter viginti à ſe deſcriptam & vulgatam in Tom. 2. Muſurgiæ, cap. de Acuſticis inſtrumentis, perſtrictam etiam fuiſſe in Arte magnâ lucis & vmbræ, cap. de Phoniſmis, vbi ſermo de cornu Alexandri Magni.

y Cu-

Digitized by Google

Audiri cupidus tria [y] præco ad millia famæ;
Sic fore, longinquas confeſtim vt pelleret vrbes.
Gutture, [z] quod ſolum licuit, non ſeciùs alto
Threicias animans chordas, & pollice molli,
Intermixta ſacrę ſociauit plectra Camœnæ,
Talibus aggreſſus thalamum prior ipſe loquelis.
Pæan iô Pæan! [a] ſiquidem ſit miles [b] amator,
Atquè Cupido metit, quas fert victoria palmas.
Sanguineo neque enim debentur claſſica Marti
Semper; & alma ferum ſtrauit Cytherea Gradiuum.
Ambos [c] vinxit Hymen, nodum [d] firmauit Apollo:
Pæan iô Pæan, [e] Hymen ô Hymenæe canamus.
Sume [f] tubam, [g] Clio, magnarum conſcia rerum,
Præceptrix [h] Famæ, latum pennata per orbem

Quid

y *Cupidus tria præco.*) Tot omninò. ad milliaria probatum eſt in Anglia coram rege. Mirabilius multò eſt futurum, quod narrauit mihi idem Kircher. de ſuo Tiburtino ſeceſſu ad montem Vulturellum, vt rem recentiſſimam. Is ibi cùm villicaretur, (bis in anno ſolenne ipſi) religionis cauſa ędem B. Virgini ſacram, quam conſtruxit, inuiſens, hoc ineunte Iunio menſe anni 1672. (quo ipſo menſe nondum affecto mando ego tantum prodigium memorię) per inflationem ſimilis tubę veſperi factam, acciuit conceptis verbis & clarè editis in poſterum diem ad Chriſtianę pietatis officia & ad Euchariſtiam duo ampliùs millia pecuariorum & colonorum ex circumfuſis agris, pagis, & caſtellis; qui ſubindè cùm coniugibus & liberis, vt vocati, bene manè à quarto vſque lapide pręſtò fuerunt.

z *Gutture.*) Quo Acuſtico vates cùm careret, non deſpondit animum tamen quin maiore contentione vocis, & pulſu citharę fortiore conſocians verba cum Muſę ſuę permiſtis modis auxit ſtrepitum, Coniugeſque aliud agentes ſequenti carmine ſalutauit.

a *Pæan iô Pæan.*) Canebatur Pęan non ſolùm in victorijs, verùm etiam ad proſperos rerum euentus. Pęan iò Pęan, iò Pęan dicite Pæan. Ouid. Quanquam hic impertimur Apollini ſuas laudes cum Hymene, Hymen ò Hymenęe conſonantes.

b *Miles amator.*) Militat omnis amans, & habet ſua caſtra Cupido. Vt hac in parte poſſit quoque cani Pęan ſponſo tanquam victori.

c *Ambos vinxit.*) Vtrumque Principem Iuſtinianum & Gonzagam.

d *Nodum firmauit.*) Verſibus connubium approbans.

e *Pæan iô Pæan.*) Verſus intercalaris; dicitur etiam interpoſitus: & definitur, qui ſalno ſenſu tolli poſſit: familiaris Theocrito in Idyllijs, quem ſequitur Maro noſter in eclogis.

f *Sume tubam.*) Adhibitę denuntiandis declarandiſque victoribus tubę. Tzetz. in Lycophron. Depingitur Clio cothurnata & tuba canens.

g *Clio magnarum.*) Clio geſta canens, tranſactis tempora reddit. Auſon. Cuius proprium eſt virorum clarorum laudes celebrare. Muſa ſic Gręcè à gloria nuncupata.

h *Præceptrix Famæ.*) Elegantiſſimam

Fa-

Quid vehat [i] Auſonij populis mirabile faſtûs,
Antiquæquè togæ. Non his lyra [k] flatibus æqua.
Nobilibus cœptis aſſurgit ſpiritus ingens.
Verte aliam, Dea, [l] te in faciem, ſummoquè videri
Grandior affecta plantam de vertice ad imam.
Ornamenta adſunt feſtiuæ commoda luci;
Queîs tua iampridem dignatus carmina [m] Cæſar,
Me promente, thori [n] ſociam quandò ipſe petebat,
Diſtinxitquè ſinus [o] auro, impoſuitquè coronam,
Fronde Dei crines decorans, & imagine pectus,
Pulchrâ mequè ſuum ſignauit voce poëtam.
Cœtera quinetiam virgato [p] ſyrmate membra
Præniteant, roſeis claudantur [q] crura cothurnis.
Hoc habitu [r] gaudebit Hymen, gaudebit Apollo:
Hoc nos alternis [ſ] rumpentes laudibus auras,
Pæan iô Pæan, Hymen ô Hymenæe canamus.
Nunc iuuat Auſtriacum collo demittere vultum,

Et

Famę deſcriptionem habes apud Virgil. l. 4. Aeneidos.

i *Auſonij.*) Romanę magnificentię antiquę emulę.

k *Lyra.*) Non hęc iocoſę conueniunt Lyrę. Hor. l. 3. od. 3. quam vocat imbellem, od. 6. l. 1.

l *Te in faciem.*) Virgil. l. 12. Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid Siue animis, ſiue arte vales; opta ardua pennis Aſtra ſequi &c. huc appoſitè ſpectant.

m *Carmina Cæſar.*) Leopoldus I. Imp. Rom. ſemper Auguſtus.

n *Thori ſociam.*) In ſuis auſpicatiſſimis nuptijs cum Sereniſs. Infante Hiſp. Margarita, Philippi IV. filia.

o *Sinus auro.*) Pro epithalamio noſtro ad eum Roma miſſo, torquem aureum cum aureo ſacri ſui vultus numiſmate remiſit; prętereà ampliſſimum Diploma lemniſcatum ſingularis operę atque artificij cum literis publicis ſigno Cęſareo munitis & fuſtis: per quę carminis illius auctorem, antiquiſſimo ritu, ſed nouo planè priuilegio Poetam Laureatum Cęſareum declarauit. Quam nos ſuperbiam qualibus quęſitam cunquè meritis (liceat vti Horatij verbis) in Angliam tranſmiſimus ab Vrbe per Excellentiſs. D. Iocelinum Percium, Northumbrię Comitem, tribus poſt annis, viz. 1670. ad gazophylacium celeberrimę Oxonienſis Academię, pignus grati animi futuram, ęternumquè rei non quotidianę monumentum.

p *Virgato ſyrmate.*) Id eſt, cauda veſtis trahace ſegmentatæ & ſtriatę per certas quaſdam vias in virgarum modum deductas ſectâſque. Vocant Gręci paryphos. Vid. Erythr. Indic.

q *Claudantur.*) Suraſquè incluſerat auro. Aeneid. 11.

r *Gaudebit Hymen.*) Tum Hymen bellum videns & feſtiuum acroama, tum Apollo ſuum alumnum honoribus & pręmijs decoratum.

ſ *Rumpentes.*) Amœbęo carmine: ſic, vt ſit reſpondendi viciſſitudo.

ſ Ma-

Digitized by Google

Et meruiſſe decus torquis, quàm Manlius [t] ille,
De meliore notâ; doctæquè inſignia frontis,
Cyrrhæam [u] laurum, picturataſquè [x] tabellas,
Præmia Cæſaream longè teſtantia dextram,
Et factura fidem, tanto ſub iudice, vati.
Iſta nouos [y] facies referet digniſſima ſponſos,
Heröum [z] genus, Odryſij duo [a] nomina ſceptri,
Quodquè [b] Palæologus, quod Iuſtinianus [c] habebat,
Conuerſo [d] imperio, Tybris Mantuſquè nepotes.
Egit Luna [e] vagos, Italo ſub [f] Sole beatos.
 Pæan iô Pæan, Hymen ô Hymenæe canamus.
Et cui Manto [g] autem non cognita Tybridis vxor

t *Manlius ille.*) Torquatus, cognomen Titi Manlij, à torque impoſitum, quem occiſo ad Anienem Gallo detraxit.

u *Cyrrhæam laurum.*) Virg. ecl. 7. Formoſę myrtus Veneri, ſua laurea Phœbo. Et ibid. Paſtores hedera creſcentem ornate poetam. Apio, quercu, lauro, hedera coronabantur poetę; ſed hedera & lauro pręcipuè. Cum enim frondes iſtę ſemper vireant, poetarum diuturnam memoriam, & ęternam famam denotabant.

x *Picturataſque tabellas.*) Codicillos diplomatis Cęſarei ſcitiſſimè ſcriptos & depictos.

y *Nouos facies.*) Hęc potiſſima ratio fuit, quare honoribus iſtis enarrandis inſtiterimus longiùs, cùm vt Muſę dignitas pręſentis ſplendorem argumenti adęquare poſſet, tum vt gratus vatis animus cum Cęſaris beneficentia certare videretur, reiquè tantę fama atque recordatio publicaretur & vigeret. Ad filum rurſus.

z *Heroum genus.*) Regum & imperatorum progenies vterque ſponſus.

a *Duo nomina.*) Orientalis Imperij, cuius caput & ſedes Byzantium in Thracia.

b *Palæologus.*) Conſtantinopoli regnatum eſt à Palęologis annis [illegible]. Andronicus Palęologus Imp. duxit in matrimonium Violantem Aleramię propaginis, Montis-ferrati dominam. Andronici filius Theodorus ad principatum maternum vocatus ibi ſedem cum ſtirpe Palęologa fixit 1293. Vid. Egnat. Cuſpin. Onuphr. Vigner. P. Iou. & denique Loſchum.

c *Iuſtinianus.*) Duo fuere Iuſtiniani Impp. Orient. pater & filius: vndè hos Chij dynaſtas nomen traxiſſe & genus, eſt [illegible]

d *Conuerſo Imperio.*) Imò euerſo à Turcis. Nam Conſtantinus Paleologorum vltimus ceſſit imperium barbarę genti victus & cęſus anno regni ſui octauo, Chriſti 1453. Chios veró maris Aegęi inſula anno 1571. Genuenſibus & Iuſtinianis erepta eſt per eoſdem Othomannos: in cuius metropoli Iuſtiniana familia regiam habebat.

e *Luna vagos.*) Perfidia & tyrannis Mahometica.

f *Sub ſole.*) Sub ſole iuſtitię, ac verę religionis Chriſtiano, cuius, vt alterius Imperij, & omnis dignitatis arx Roma & domus apud Italos.

g *Manto autem.*) Mulier fatidica, quę poſt patris Tireſię obitum Creontis tyrannidem fugiens atquè in Italiam delata, ex Tyberi fluuio Ocnum peperit, qui poſtmodùm ad Padi ripas vrbem

Ante iugum [h] Rheæ? dedit illa [i] Bianora partu
Fundatorem vrbis; matri ſed ceſſit honorem,
Excideret nullo viuax vt Mantua ſeclo.
Inſtaurant [k] veteres longo pòſt tempore flammas
Auguſti [l] iuuenes, diuerſis [m] ſedibus orti.
Quid diuerſa facit ſedes? amor [n] omnia iungit.
Nympha [o] nec Elæum fugit peregrina maritum,
Nec Danäe [p] ſuperas ad turrim cogitat artes.
Compages [q] amor eſt, ac dia [r] catena Platonis.
Talia Principibus thalami per fœdera nexis,
Roma tibi ſponſo, tibi natæ Mantua ſponſæ,
Præſide vtroque [ſ] Deo, queîs tædæ & carmina curæ,
Pæan iô Pæan, Hymen ô Hymenæe canamus.
Gratæ ſæpè [t] vices: refluo [u] præconia verſu,
Quiſque ſuas tutans partes, variare memento.
Vir [x] mihi erit penſum, tu Muſa in coniuge ſiſte.

En

condidit, quàm à nomine matris Mantuam appellauit.

h *Iugum Rheæ.*) Priuſquàm fieret maritus Rheę. Poetę namquè Tyberi nupſiſſe Rheam ſiue Iliam Numitoris Albanorum regis filiam comminiſcuntur, qui ob id quoque Vxorius amnis ab Horat. l. 1. carm. dicitur.

i *Bianora.*) Ocnus vocatur à Marone Bianor, ecl. 9. teſte Seruio, iſtis verbis; Namquè ſepulchrum Incipit apparere Bianoris.

k *Inſtaurant.*) Renouant Tybris & Mantus amores progenitorum ſuorum.

l *Auguſti iuuenes.*) Ita nobiles & clari, ſicut dictum eſt.

m. *Diuerſis ſedibus.*) Romę & Mantuę.

n *Amor omnia.*) Vid. Virgil. hemiſtichium; Omnia vincit amor. Hic locum habet ſympathia & antipathia Chymicorum.

o *Nympha.*) Arethuſa fontis Syracuſij nympha fugere non potuit Alphęum amatorem, Piſę Elidis fluuium.

p *Danae ſuperas.*) Et quis putaſſet ad Danaen turri ahenea incluſam vel ipſi Ioui proco aditum per impluuium patere debuiſſe?

q *Compages.*) Complexus vi magnetica, & colligatio rerum ſympathicarum & congruentium alicui Genio, cui ſuberant, ad placandum & trahendum ipſius fauorem.

r *Dia catena.*) Διὰ ὁλεὰ Dial. Theæteto: quę nihil erat aliud, vt exponit doctè Macrob. in ſomn. Scip. l. 1. c. 14. niſi à ſummo Deo vſque ad vltimam rerum fęcem vnà ſe mutuis vinculis religans, & nuſquàm interrupta connexio. Et hęc eſt celebratiſſima Homeri catena aurea Iliad. 8. quam pendere de cœlo in terras Iouem iuſſiſſe commemorat, eundemquè per arcanos amoris nodos ad ſe trahere omnia.

ſ *Vtroque Deo.*) Hymenęo & Apolline.

t *Sæpè vices.*) Iucunda viciſſitudo: Eurip. Oreſt. amant alterna Camœnę. Virg. ecl. 3.

u *Præconia.*) Calpurn. ecl. 4. vicibuſquè reducite carmen; Tuq; prior Corydon, tu proximus ibis Amynta.

x *Vir mihi.*) Poeta ſibi ſumet virum, puel-

En prior (hanc adeò ſeruaueris ordine legem)
Aggrediar. [y] Salue ô Latiæ flos inclyte pubis,
Argiuo deducte ſolo, ceù poſthumus alti
Filius [z] Aeneæ, patriæ poſt funera Trojæ.
Macte iſtâ virtute potens, & compare nuptâ,
Iuſtinianæos hæres [a] clarabis honores.
Sat clamatus [b] Hymen, ſatis inculcatus Apollo eſt:
Ducite concordes bona ſtamina, ducite [c] Parcę.
Tuquè [d] Padi [e] inter, aue Virgo, celeberrima Nymphas,
Nec minùs [f] Inachiâ tranſmiſſa ab origine gemma,
Qualem [g] Benacus [h] vitreis haud viderat vndis;
Dotibus his eſto felix, ſimiliquè marito,
Comneni [i] decus imperij cum ſtirpe repones.
Ter face plauſit Hymen, ter [k] ſternuit omine Phœbus.

Du-

puellam Muſa prędicandam.

y *Salue ò Latiæ.*) Incipit Poeta. Nota iſta ex antecedentibus.

z *Filius Aeneæ.*) Idem ferè caſus & fortuna vtriuſque, poſt excidium Troię, & Chij capię direptionem, quęſitis in Italia ſedibus nouis, nec inferioribus.

a *Hæres clarabis.*) Inſtaurabis & illuſtrabis hęres. Mirè inſeruiunt huic ſententię pulchra carmina Virg. l. 12. vnico verbo (Latini) demutato: Decus imperiumquè priorum Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit.

b *Clamatus Hymen.*) Relicto primo intercalari verſu, qui victorię trophęum exprimebat, libet pro reliqua parte alterum afferre, ad pręcipuas laudes ſponſorum, & vota pro ipſis. Nec factum ſine exemplo boni pręceptoris Virgilij in ecl. 8. Cœpit enim ab illo: Incipe Męnalios mecum mea tibia verſus: deſijt autem cum iſto, Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

c *Ducite Parcæ.*) Deę fatales poeticè fictę, humanę vitę ſtamina ſiue proſpera ſiue infauſta diſpenſantes. Maro cùm felicia multa Salonino infanti precatus eſſet, ecl. 4. dixit denique, Talia ſecla ſuis dixerunt currite ſuſis Concordes ſtabili fatorum numine Parcę. Similiter Catull. in nupt. Currite ducentes ſubtegmina, currite Parcę.

d *Tuque.*) Excipit Muſa poetam, totidem verſibus, & eadem ſententia reſpondens.

e *Padi inter.*) Dicitur Gręcis Eridanus, Mantuanus ac ipſe Virgilius accola huius fluuij, quòd Italicorum omnium maximus ſit, rẹgem fluuiorum appellabat.

f *Minus Inachia.*) Argolica, Gręca.

g *Benacus.*) Lacus, è quo naſcitur Mincius in Gallia Tranſpadana, atquè indè multis torrentibus auctus influit in Padum.

h *Vitreis*) Aiunt lacum iſtum aureas arẹnas voluere, hiſquè nutriri piſces, quos carpiones, nuſquam alibi repertos, appellant.

i *Comneni decus.*) Eſt commune genus cum Palęologis. Siquidem Michael Palęologus Comnenus maternum ab Alexio Comneno traxit genus, Andronici Palęologi filius, imperiumque talis ac tantus ſuſcepit. Niceph. l. 4. Ioan. Vill. l. 6. c. 72.

k *Sternuit omine.*) Sternutamentum

Digitized by Google

Ducite concordes bona ſtamina, ducite Parcę.
Quis [l] verò hic tantus, meruit qui ducere talem?
Dicat clara Chios, genti regnata tot annis,
Dicat Apollineo cortinę [m] Phocis ab antro,
Et [n] Paros, & Mycone, Gyariquè, & [o] Cyclades omnes
Quę [p] partim cepêre iugum. Narrare poteſtis
Tuquè [q] Ligur ſellas & tu [r] Romane curules
Prę̨ſtantum heröum pariter vel pace vel armis.
Ille tamen cœleſtem [ſ] animum ſupra genus effert,
Exuperatquè altis tantùm virtutibus, arcem
Quantùm [t] Aquila ipſius nigrans præuertitur albam.
Ducite concordes bona ſtamina, ducite Parcę.
Hęc [u] quę autem talis, meruit quę nubere tanto?
Dicat [x] Thraca, Palęologis dominata ſuperbis,
Vndè propago venit; dicant Byzantia culta,
Et Lygos, & [y] Rhodope, Topiriſquè, & longa [z] Propontis,
Quę

eſt Ariſtoteli ſignum augurale, ſanctum & ſacrum. Et diuinitatis quippiam habere credebatur. Meridianę ſternutationes boni erant ominis, matutinę non item. Probl. Ariſt. Penelope mala procis ominante, Telemachus ſternutat. Hom. l. 17. Odyſſ. Argutum ſternuit omen Amor. Propert. l. 2. eleg. 3. Hoc vt dixit Amor, ſiniſtra vt antè, Dextra ſternuit approbatione. Catull. epigr. 43. bonum omen ſternutamentum à dextra parte datum: Euſtath. Iliad. 7. Theocriti interpr. Idyll. 7.

l *Quis vero.*) Poeta de viro.

m *Cortinæ Phocis.*) Regio in Achaia circa Parnaſſum ſinui Criſſeo adiacens. In hac Delphi fuerunt Apollinis oraculo nobiles.

n *Et Paros.*) Hęc inſula, & ſequentes, ex Cycladibus erant maris Aegęi.

o *Et Cyclades.*) Inſulę in Aegęo quinquaginta tres dicuntur eſſe numero, in orbem ſitę, vndè & nomen acceperunt.

p *Quæ partim.*) Magnam partem ſubiectæ.

q *Tuque Ligur.*) Iuſtinianę familię ſex Duces Genua ſortita eſt.

r *Romane.*) Tum antè, tum poſt Pamphilianam cognationem. Adi nuncupatoriam libelli noſtri, qui inſcribitur, Cęſarum optimus & peſſimus. Videſis etiam notam ad illud, Pars cuius magna tenetur, initio huius carminis.

ſ *Cœleſtem.*) Explicet hanc laudem Ouid. 4. Triſt. O qui nominibus cùm ſis generoſus auitis, Exuperas morum nobilitate genus. vel, 1. de Pont. Et geminas animi nobilitate genus.

t *Quantùm Aquila.*) Stemmata ſiue Inſignia Iuſtinianorum gentilitia: Aquila nigra coronata ſuper candidam turrim.

u *Hæc quæ.*) Muſa de Principe fœmina.

x *Dicat Thraca.*) Par pari refert Clio.

y *Rhodope.*) Loca & vrbes Thracię.

z *Longa Propontis.*) Laxitas maris, quę cum anguſtijs Boſphori Thracij & Ponti Euxini coniungitur: cuius primas anguſtias coarctante ſe mari Helleſpontum vocant.

a To-

Digitized by Google

Quę totum [a] ſubiêre iugum. Narrabitis ęquè
Regnum, [b] Minciadę, Capitolia celſa, [c] Quirites,
Victorum meritis non vnquàm clauſa triumphis.
Hos [d] tàmen illa ſacri titulos munimine vincit
Pectoris, & claris tantùm extat moribus, vdæ
Quantùm [e] Andinus olor Dirces ſupereminet alas.
Ducite concordes bona ſtamina, ducite Parcę.
O ego [f] quid, *Princeps*, dignum pro [g] laudibus iſtis
Augurer, exoptemquè tibi? mòx pignus [h] amoris
Paruulus [i] vt ſurgat [k] Lucinę munere natus,
Qui ſit opum, atquè operum tantorum ſplendidus [l] hæres.
Ducite concordes bona ſtamina, ducite Parcę.
Aut [m] ego, *regalis Coniux*, pro dotibus iſtis
Quid tibi depoſcam ſupplex? te [n] filia tandèm
Vt formoſa vocet matrem [o] Iunone ſecundâ,
Tot quę [p] virtutes in ſponſi transferat ędes.

Du-

a *Totum ſubiere.*) Auget Muſa laudes ſupra poetam.
b *Regnum.*) Mantuani ſuaue iugum, norunt & experiuntur Gonzagarum Ducum principatus.
c *Quirites.*) Et viderunt ſępe Romani eorundem pacis & belli triumphos.
d *Hos tamen.*) Exponat idem Ouid. hoc elogium 3. de Pont. Mens tua ſublimis ſupra genus eminet ipſum; Grandius ingenio nec tibi nomen ineſt. Vide nuncupationem huius operis.
e *Quantùm Andinus.*) Ab Andibus, viculo prope Mantuam, Maronis patria. Virgilius itaquè intelligitur Mantuanus, qui Dircęum quemuis cygnum cantando longè poſt ſe relinquit.
f *O ego quid.*) Reſumit poeta.
g *Pro laudibus.*) Quę vobis, quę digna, viri, pro talibus auſis Pręmia &c. Aen. 9.
h *Pignus amoris.*) Deducunt Grammatici filium à philia, quod ab amore procedat. Hinc Dido tale pignus optans: Saltem ſiqua mihi de te ſuſcepta fuiſſet Ante fugam ſoboles. Aen. 4. lib.
i *Paruulus.*) Ibid. ſi quis mihi paruulus aula Luderet Aeneas, qui te tantùm ore referret. Et Claudian. de nupt. Hon. & Mar. Paruus Honoriades genibus confidat auitis.
k *Lucinę.*) Lucina à luce, in quam partus educit: preeſſe enim credebatur parturientibus. Quam venatores Dianam dicunt, eandem parturientes Lucinam inuocant.
l *Splendidus hæres.*) Promus magis, quàm condus, vt inquit Auſon. Qui Deorum muneribus ſapienter vti calleat. Horat. l. 4. od. 9. Idemquè alibi, Quò mihi fortunæ, ſi non conceditur vti.
m *Aut ego.*) Muſa reponit.
n *Te filia.*) Vt augearis venuſta filiola, quę breui poſſit riſu cògnoſcere Matrem.
o *Matrem Iunone.*) Quod par eſt numen Lucinę. Secunda, i. beneuola, propitia. Pręſidet autem Iuno ſacris maritalibus; cui vincla iugalia curę 4. Aeneid.
p *Quæ virtutes.*) In partem dotis, vel pro tota dote potiùs. Egregiè Horat.

Dos

Ducite concordes bona ſtamina, ducite Parcę.
Tu genero, [q] *Alphonſe-*. Vt felicem ferre volebat
Vates, atquè nuru pòſt ordine Muſa *Mariam*,
Plura locuturo ſubitus [r] fragor obſtitit, aurem
Is licèt ad [ſ] lęuam [t] dexter pia vota [u] probaret.
Quo cœli ſonitu domus ampla obſurduit, vt ſe
Ipſe nec audiret, nec [x] iam audiretur ab illis.

Dos eſt magna parentium virtus. l. 3. od. 24. Non admodùm diſſimile eſt Plautinum illud in Amphitr. Non ego illam mihi dotem duco eſſe, quæ dos dicitur: ſed pudicitiam & pudorem, & ſedatum Cupidinem, Deum metum, parentum amorem, & cognatùm concordiam. Claudat agmen Iuuenal. ſat. 6. Malo Venuſinam, quàm te, Cornelia, mater Gracchorum, ſi cum magnis virtutibus affers Grande ſupercilium, & numeras in dote triumphos.

q *Tu genero.*) Relictis ſponſis, conuertit ſe poeta ad Alphonſum nouę nuptę patrem, debitis cum laudibus in cœlum euecturus. Tu genero, Alphonſe: eſt apoſiopèſis; quemadmodum illud Virg. Quos ego-ſed &c. Idem pòſt factura erat ſuo ordine Muſa de Maria iuuenis marito genitrice.

r *Subitus fragor.*) Sed ſubitus tonitrui fragor obortus vtrumque prohibuit, quò minùs poſſent pergere. Contentus ergò poeta bono augurio, quòd tonaret ad læuam, facilè ſibi imponi diuinitùs ſilentium paſſus eſt. Fictio poetica: vt cœptus cantus abſque Deo ex machina laudabilem inueniret exitum.

ſ *Ad læuam.*) Sic expreſſit vtrumque ſimul Maro. l. 9. Cœli genitor de parte ſerena Intonuit lęuùm. Omnis ille antiquitatis conſultiſſimus ex ritu Romani augurij dixit, Intonuit lęuum; h.e. ſiniſtrum, quòd felicitatem portendere credebatur, teſte Cicerone 2. de Diuin. Optimum auſpicium habebatur, inquit, quod ſiniſtrum fuerat. Econtrario Gręcis & Barbaris dextera videbantur auſpicatiora.

t *Dexter pia.*) Id eſt, cœli de parte ſerena. Lęua tonitrua, auguria, & auſpicia ideò putantur ex Etruſca diſciplina feliciora, quòd quę nobis ſiniſtra ſunt, ea Superis dextera dimitti creduntur. Legendi ſuper hoc Dionys. l. 2. Plutarch. in probl. Plinius paſſim.

u *Vota probaret.*) Quę illi faciebant, alternis canentes.

x *Nec audiret.*) Verſus ad imitationem factus illius Virg. Ecl. 3. Diuiſquè videbit Permiſtos heroas, & ipſe videbitur illis.

FINIS.

RA:

RATIO
AD LECTOREM,
De commentarijs adiunctis.

C*Arminis heroici exhibeo tibi opus hoc decimumquintum*, mi Lector; (*tot enim in eo genere panxi poëmata, quæ propediè m cum elegijs, epigrammatum faſciculo, ac diuerſis alijs metris in vtraque lingua*, Leopoldo Cæſari *vno volumine, alteri noſtro Lyricorum æquali, conſecranda faciam tui iuris*) *doquè adeò id poſtremum, cùm longam & multam Apollini & Muſis ſalutem poſthàc dicere conſtituerim. Verberat aures, animum multò magis, verſus ille traductus ad poëtam*, Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor. *Poetica eſt iuuenilis tota caloris impetus, quem niſi certa ætate reſtinxeris, per ſe ipſe deferueſcet. Scitè dictum, ſemperquè mibi placuit; Relinquere ſtatius, quàm relinqui. Vt quondam de ponte ſexagenarij, ità de monte deijciendi, ſi perſiſtant inſanire. Verùm nimia me neceſſitas mancipio & nexu debita Iuſtinianis obſeruantia pro tot eorum plurimis maximiſquè beneficijs, ad hanc qualemcunque ſi minùs ſolutionis, at gratiæ repræſentationem adegit, vt vel iſto pacto fidem cum ætatis ingenijquè nota fortaſſis aliqua liberarem.*

Te verò, Lector beneuole, *non ideò affari cæpi, quò res priuatas meas nòſſes vllas; tantùm ſcholij noſtri, ſiue commentarij Epithalamio annexi, quod emitto, rationem vt haberes. Rogatus ante aliquot dies à primario quodam viro, & bonarum artium & mei ſtudioſiſſimo, cuius apud me auctoritas inſtar legis valere debebat, vt Syphilidem, ſeu Quatuor libros carminum de Morbo Gallico Hieronymi Fracaſtorij perpetuis & claris (quòd in re medica iuxtà & poetica me poſſe aliquid exiſtimaret) annotationibus illuſtrarem: quanquàm facerem grauatiſſimè ſanè, vt in meſſem alienam, quod dicitur, mitterem meam falcem, recepi tamen me facturum.*

Cùm

Cùm itaquè ſub manu Carmen eſſet nuptiale, idquè nonnulla interpretationis luce putarem indigere, non quin contextus orationis eſſet perfacilis valdequè explicatus, ſed quòd occurrerent quædam partim noua, partim domeſtica & certæ familiæ, non omnibus cognita & manifeſta, duxi, re ità ſeſe commodè offerente, ab ea ſpecimen futuri laboris eſſe trahendum. Quotus enim quiſque vel Stentoream tubam, recens ab incude inuentum, vel Gonzagiæ ſtirpis inſitionem in truncum Palæologorum, vel Eumolpi aut nomen aut perſonam (nè perſequar alia) comprehendiſſet, huiuſmodi ope deſtitutus?

Quamobrem à meipſo, circulatorum more (id quod in foro Agonali ſæpiùs Romæ factitari vidimus) qui vt medicamenta commendent ſua obtrudantquè ſpectatoribus, nihil penſi habentes propriam carnem, miſerè eam pungunt, vulnerant, ſecant, volui ego auſpicari & facere periculum, geniiquè noſtri ad aliorum Mineruam dare prægustum aliquem tibi. Cogitabam equidem eas, quas dixi, notulas, nec multò plures apponere: ſed currente rota facere non poteram, quin ad tantam longitudinem funis extenderetur. Præſens igitur ſeù ſpecimen, ſeù guſtus ſecuturæ mòx induſtriæ, cuicuimodi tandem eſt, ſi palato ſapuerit tuo, næ ego & ſapere mihi videbor, & cæli palatum, vt ait Ennius, digito attingere. Vale ac faue.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CARMEN NVPTIALE
AD THALAMOS
IO. GEORGII
ALDOBRANDINI,
E T
HIPPOLYTAE
LVDOVISIAE
ROSSANI PRINCIPVM.

AVTORE
LEVINO HIELIO

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE, Apud Alexandrum Zannettum. 1621.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Imprimatur, Si videbitur Reuerendiſſ.Magiſt.S.Pal.Apoſt.
P. Epiſc. de Curte Viceſg.

Imprimatur,
Fr. Vincentius Bartolus Mag.& Socius Reuerendiſſ. Patris Magiſtri S. Palatij.

Digitized by Google

Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo D.D.

IO. GEORGIO ALDOBRANDINO ROSSANI PRINCIPI,

LEVINVS HIELIVS F.

QVAS haſce maieſtatis, & concordiæ pleniſsimas nuptias, carminis quidem leui; voluntatis tamen incitatiſsimo ſtudio proſequebar, Princeps, cum properantis calami curſum Dithyrambicus furor excepit, eo nimirũ animi calore commotus: aut; vt ego arbitror; noua veſtræ dignitatis admiratione perfuſus. Ardori mentis obtemperandum omnino fuit; quippe qui in prægeſtientis Vrbis lætitia, quà publica actione tributariam laudem Domino, quà priuato quodam iure felicitati tuæ quaſi cumulũ affinis gloriæ à me non remiſsè contenderet. Igitur volenti, libentiq. à Nuptiali Carmine excidit proximè Dithyrambus. Vtrique proprium patrocinium quærendum eſt. Illud; quicquid deprauatè, vitioſèque peccauerit; ab inſita tibi morum ſuauitate, Nuptiarum præſertim tempore (vt par eſt) indulgentiori, tutum, ac facile perfugium ſperat. Huic non mediocriter pertimeſcendum eſt: ne dum ſe in eius clientelam recipit: cuius temerè congeſsit præconia; aut tanto Principis Ampliſsimi ſplen dore obrutus,

ſuo illo impetu infracto, temperatoq. calore, ſeſe penitus inglorium eius ante conſpectum effundat: aut ab eo penes quem vertitur ſumma rerũ quaſi ludicrũ quid in tanta negotiorum ſeueritate minus gratè excipiatur. Quare gemelli partus fortunam ſecutus, non alium, ac ille ſibi portum petit. Neque enim aut re vlla inſtructior, quam tui inſcriptione nominis, aut gratior accidat ad Principis manus, quam munere dexteræ tuæ. Ex quo vel ab vnius collatione tributi geminatæ ſibi fœnerationis vſura proueniat. Tu interim munuſculum, meque adeo vectigalem tuum in fidem recipe. Vtriuſque familiæ decora à me (quod veſtra præſcribit modeſtia) parciſſimè libata venturæ ſobolis bono ad gloriæ non degeneris anticipationem expende. Atque inaugurata tibi felicitate vtere, quam diutiſſimè. Vale. Dat. Romæ ſept. Calend. Maij. M.DCXXI.

CARMEN

CARMEN
NVPTIALE.

IAM noua mobilibus prætexens gramina ripis,
Cærula pennati vada propulit aura Fauoni:
Vere tument fluctus: atque aſpera Sole tepenti
Aequora deſpumant Veneres: & amoribus acta
Ludit in vndoſo pubes argentea vitro.
Iam vaga flebilibus permulcens aëra curis,
Inſtaurat Philomela modos: mollique volatu
Languida, laſciuo cadit improba præda marito.
Iam volat exultim volucrum genus omne: ferarum
Omne genus cupido micat in certamina niſu:
Quæ mage ſolliciti ſuccenſa Cupidinis æſtu,
Temperat Idalij placidiſſima mater Amoris.
Omnia ſunt operoſa Deæ. Venus omnia vincit.
Omnia vincit Amor. Sic te quoque, Regia Virgo,
Cedere par Veneri: cedit dum Sponſus Amori.
Scilicet ille tuo iamdudum obnoxius igni
Flagrat: & immiti propè conſternatus ab ictu
Corde premit vulnus; quo cæca errore recurſat
Flamma: & inextincto curarum exercita motu,
Implicat ardorem penitis ſublapſa medullis.
Ah quoties iuuenem penetrabilis ardor adegit,

Inti-

Digitized by Google

Intima ab inuito ſuſpiria corde trahentem
Tingere pallentes natiuo murice malas?
Ah quoties inter ſuſpiria deciduus ros
Labitur vbertim: geminoq; è fonte liquatum
Cor fluit in lacrymas:& inobſeruabile mentis
Lingua ciet murmur: vociſq. cadentis imago
Siſtitur interrupta: ſuiſuè implexa ſuſurris:
Nec iuſſa Hippolytæ confundit amabile nomen?
Quod ſi tantus amor præcordia findit amantis:
Talibus arſuras animi penetralia flammas
Educat in venis; quid ni te, Regia Virgo,
Cedere par Veneri: cedit dum Sponſus Amori?
Ille ne; fulmineos qui flecteret enſe rotatus:
Qui poterat tractare minas, haſtæq. ruentis
Fulgura:qui duro peſſundare caſtra duello,
Et rauco poterat vibrare tonitrua ferro:
Qui ſternacis equi domuit calcaribus iram:
Incuſſitq. feras:& ineuitabile dextra
Edocuit liquidum mugire per aëra telum;
Ille ne,Virgo,tuos languenti lumine vultus
Vt vidit; perijt? primo ne ardore caducus
Ceſſit inops animi: fouitque in corde fauillas
Frigidus, & rigido pallore nitentior auri?
Vſque adeo ne feri proſternere Martis alumnum
Vnus Amor potuit? nec te Venus æqua puellam
Subiuget? aut dulcis nequeat diuellere natam
Matris ab amplexu: lectoq. dicare iugali?
Ille vacet flammis: te pronuba teda rebellem
Impetat: & teneros adamantina cuſpis hiulcet
Eminus acta ſinus? illum tractabile flectat
Fulmen: te grauibus vis figat ahenea clauis
Cypridis arbitrio? quin te quoque, Regia Virgo,
Cedere par Veneri:cedit dum Sponſus Amori?

Scy-

Scyrias Emathium Virgo pellexit Achillem:
Pugnaceſq. colo digitos inſtruxit: & armis
Deuotum patrijs animum, puerumq. minacem
Compulit indignis ſubtegmina ducere fuſis.
Attamen Emathio quoque Scyrias arſit Achille.
Herculis Oetæo clareſcit fama triumpho:
Quo iuuenem meriti penetrare cubilia Regni,
Iuſſit Amor: Thebana prius nec ſtella refulſit
Aethere; victorem quam credula nupta maritum,
Ingenui ſtudioſa tori, ſine fraude doloſo
Munere ſuſtulerit, Neſſique cruore bimembris.
Vſque adeo fax vna duos flammarat amantes:
Flexerat vna duos. Sic te quoque, Regia Virgo,
Cedere par Veneri: cedit dum Sponſus Amori.
Littore ab Argolico quo primum tempore pubes
Aequoris appulſu, cæcoque ſub impete venti,
Inſtituit vada lata leui volitare carina;
Dicuntur medias Veneres arſiſſe per vndas.
Tunc Thetidem Peleo, Thetidi tunc Pelea ſacris
Iunxit Amor vinclis, & purpureis Hymenæis.
Littus in Argolicum quo primum tempore paſtor,
Troiugenum reduces vecturus in oſtia flammas,
Appulit: Iliacis arſit Regina ſagittis,
Non minus, ac Danao male ſaucius hoſpes ab igni.
Sic vbi ridet Hymen; quid ni te, Regia Virgo,
Cedere par Veneri: cedit dum Sponſus Amori.
Egerat Europæ ſinuoſa per arua iuuencum
Imperium Veneris, duriq. Cupidinis oeſtrum.
Illa ſedet placidi maculoſo tergore Tauri,
Auſa per abruptas caput obiectare procellas;
Immemor ah vitæ; frontem complexa bicornem,
Atque puellari quas texuit arte corollas,
Augurium thalami; proflatum naribus ignem

Ebibit:

Digitized by Google

Ebibit:& gratos captiua reciprocat æſtus.
Quod ſtupet Acriſius nimboſi luminis aurum,
Illud amat Danaë. Quis in alite ſuſpirantem
Ambigat indomiti Lædam damnare furoris?
Nempe Iouis potuit ſi fundere ſceptra tonantis;
Omnia vincet Amor. Sic te quoq., Regia Virgo,
Cedere par Veneri: cedit dum Sponſus Amori.
Torruit hic Boreæ glacie lapidoſa niuali
Pectora:& Hyberna concretas grandine plumas.
Rapta nec abſimili face perſurit Orithya.
Non minus vndarum,tempeſtatumq. potentem
Perculit ille Iouem: liquidiq. per auia Regni
Aequoreas populatur aquas: auidaſq; ſub ipſo
Gurgite Nereides, & certo Protea vultu
Siſtit: Acidalio perflatus turbine Triton
Aeſtuat:& Cypria vice fluctuat Amphitrite.
Ditis anhelantes aliena lampade ſenſus
Quaſſat:& ignotis caput implacabile flammis
Mitigat; hinc triſti felix Proſerpina regno
Miratur dotale nemus: repetitaq. matrem
Negligit. Illa etenim, quo more leæna; tenellos
Quæ foetus nemori,& tenebris commiſerat antri;
Si prædam abſtulerit venator; in omnia ſeſe
Verſat luſtra ferox: latèq. & comminus horrido
Antra metu reſonant; totas longo ordine noctes
Arboreis facibus Mundi ſcrutata receſſus
Dicitur: & vanis natam reuocaſſe querelis.
Sic vbi te matris complexibus inſiſtentem
Sponſo adiungit Hymen, quid ni te,Regia Virgo,
Cedere par Veneri: cedit dum Sponſus Amori?
Aſpice, nocturnas vt ventilet Heſperus auras,
Lætitiæ bona ſigna ferens;dum Phœbus Iberæ
Tethyos exultat gremio: dum luce rubentes

Occi-

Digitized by Google

Occidua roſeo ſuſpirant igne iugales?
Aſpirat Venus in thalamos: & candida lapſu
Proſperiore cadunt tibi vota; ac fuſa metallo
Te meliore vocant affinis Sydera Cœli.
Illa etenim medius qui diuidit Axis vtroque
Innuit Oceano tua pignora fortibus auſis
Clara, per extremas melius fulgentia metas,
Perque vias Cœli, & liquidæ veſtigia lucis,
Quà Phaëtontæi rident cunabula Solis:
Quà radiant fuſco noctis confinia velo:
Quà ſuperimpoſitis bacchatur in ignibus Auſter;
Et ſeptingemino torpent fulgore Triones.
O vna ante alias ter feliciſſima virgo!
O alios inter fortunatiſſimus Heros!
Scilicet hæc (veſtrum niſi vatem ludit Apollo)
Affore promittunt tanta de ſtirpe Nepotes:
Queis patrios titulos, maternaq. nomina terris
Perpetuare datum, Cœlique aſcribere faſtis.
I, Virgo paritura Duces. tibi panditur Aether:
Et coniurato tibi ſydera mitia cœtu
Quicquid alit ſacro perfuſus numine Mundus
Afflatu quicquid ſpirabile lumen inaurat,
Quicquid ineſt pulchri, quicquid nitidiſſima promit
Vena boni, & Charitum quod fuſile munus adumbrat
In thalamos plenis iunxere benigna maniplis.
I, Princeps geniture Duces. tibi ſceptra Latinus
Seruat apex: tua progenies (nòn vanus aruſpex
Ominor) Oenotrij per lucida templa Quirini,
Dardanio frontem diademate cincta, curuli
Maieſtate potens Clementia Sydera rurſum
Pandet, & afflictis luſtralia ſecula terris.
Id patrui monumenta petent, meritiſq. vetuſtis
Aeneadum deuincta fides: id mitis Olympus

Poſcet,nec ſuperis ingrata ſuperbia Romæ,
Adde quod & priſcus materni ſanguinis auctor
His dedit auſpicijs claræ fundamina gentis.
Hinc ternis rutilant auguſta inſignia vittis:
Tinctaq. purpureo ſinuantur carbaſa fuco.
O alios inter fortunatiſſimus Heros!
O vna ante alias ter feliciſſima Virgo!
Tene domus trabeata Ducum:quam littus Ethruſcum
Sollicitis aluit ſtudijs:quam millibus ante
Flexibus Aſtrorum Cœli Clementia fouit:
Inſignem bello, morum grauitate verendam
Extulit armatæ ſydus geniale Mineruæ:
Te domus hæc ſacris complexibus Heroina
Excipit: & prono declinat Sydera vultu?
Tene domus Latijs armata ſecuribus,Heros,
Felſina quam multis deducto tempore ſeclis
Illuſtrem bello, nulli pietate ſecundam
Fouit: & ad ſuperos Cœlum tranſcripſit honores;
Tene ſibi generum larga cum dote iugandum
Expetit: & ſacros prætendit ad oſcula faſces?
O alios inter fortunatiſſimus Heros!
O vna ante alias ter feliciſſima Virgo!
Corripe,Virgo,moras. quid fletibus ora ſolutis
Lædere: quid cordis iuuat occultare latebris
Languidulaſq. faces, & frigidulos ſingultus?
Nouimus intento quantum Puer igneus arcu
Poſſit: & aſpectu quantum perculſa mariti,
Lumina combiberint ignem: flammæq. ſequacis
In graciles diſperſa ferant incendia venas;
Pande palam Virgo, quali fornace liqueſcat
Cor:tenerum quali de fomite pectus anhelet.
Ne pudeat redamare palam; dum mutua nectit
Vincla Venus. ſit amare palam iam gloria, Virgo;
Quod

Quod pudor ante vetat. talem redamare maritum
Gloria prima tua eſt. ſine mox labefacta pererrans
Oſſa calor clauſas, manifeſtet ab ore fauillas;
Sicut Vere nouo tonitru rimoſa coruſcant
Nubila: & ambroſio conniuet fulgure Cœlum.
Quam facili mercede ſuum tibi dulcis amorem
Propoſuit coniux. quæris? mercabere amore.
Sed pretium, & paribus mercem tu lancibus æqua.
Tantos nimirum Sponſus te appoſcit amores:
Quanta per Aetnæos fumantibus edita ſaxis
Flamma furit campos: quantum deuexus ab vſto
Aethiope, ignifera ſub tempeſtate laborat
Axis, & ambuſtis Hyperionis orbita bigis.
Corrue in amplexus tam caræ coniugis Heros.
Virgo tota tua eſt. dederunt ſua iura parentes:
Cedit & illa ſuis tibi partibus: vtere, Coniux,
Vtere iure tuo. flaui tibi Verticis aurum
Ceſſit; & Eoa redimitus Iaſpide ceſſit
Frontis honor: crinale decus quam circuit Iris
Nexilibus gemmis, multoque intexta pyropo.
Hi cordis Cynoſura tui, duo Sydera, ocelli:
Hæc Scythico mage cana gelu, Geticiſque pruinis
Colla: hæc vndoſis leuiter criſpata capillis
Ceruix: & ductu tornatile pectus eburno:
Marmoreæque manus, thalami cum iuribus vni
Conceſſere tibi. Caſti ſic dona labelli,
Spirantiſque roſæ: ſic cinnama pectoris, vdique
Oris odora tuis ceſſere opobalſama labris.
O alios inter fortunatiſſimus Heros!
O vna ante alias ter feliciſſima Virgo!
Iam claro liceat vittas inſperpere raſtro:
Iam liceat ſacris intexere Sydera vittis:
Purpureiſque iuuet confundere cærula Cœli.

Solue moras, Virgo, materno ab littore portus
Ingrederis noua Nupta tuos: te celſa columnis
Attalicis domus excepit: qua porticus altis
Continuata tholis, & frigore mitis opaco
Magnanimum fouet ora Virum: qui plurima bello
Perpeſsi: fouet Heroum ſimulachra, Ducumque,
Et fumoſa domus monumenta emblemate lato,
Factaque Maiorum numerat, Patrioſque triumphos,
Stemmataque, trabeaſque ſacras, triplicemq. tyaram.
Hinc & fœmineus vario diſcrimine cœtus
Communes diducit auos: ramoſaque claro
Germine, multifidas arbor partitur in oras.
Hinc & Parthenopes Procerum ſociata fideli
Oppida connubio: & Regalia flumina Parmæ:
Et ferrugineo ſtillantia Lilia ſucco.
Ille; recens iuuenem fucus quem pingit in armis;
Egregius forma, roſeo ſpectabilis ore,
Pacata feritate, truci pietate timendus,
Odryſij pia cura Dei, Latiæque Mineruæ,
Quam multo vndantem tepefecit ſanguine Rhenum?
Quantus Hyperboreis lingua prædiuite campis
Egit in arma Viros? ſpatium; quo nudus inerti
Ceſſat: & obſcuro paries candore notatur;
Bella manet geminanda Duci; dum frater inundis
Aeſtuat: & Meliten, Lybicæque propinqua Coſyræ
Mœnia Marmaricis properat veſtire trophæis..
At parte ex alia, qua lineus vndat amictus:
Parrhaſios oculis, Virgo, ne quære colores.
Tantiſper vacet ille labor: ne gaudia luctu
Intermiſta fluant. Dabitur luſtrare recentis
Damna mali: & qualis ſe Petri æquarit Olympo
Gloria (me miſerum) noſtra id ſi dona tuliſſent;
Tu fueras Clemens. At nunc pia lumina fletu

Pacere

Parcere fas, Princeps, Nuptæ cognominis Heros,
Spes rediuiua domus, cognati & Syderis hæres
Gregorij venit auſpicijs; ſic morte ſuperſtes
Surgit ab exequijs volucer: Summique Parentis
Implentur certis non vana inſignia votis.
Hunc faſtis adiunge tuis: minioque coruſcus
Pingatur, placidoque micet Ludouicus in oſtro:
Cuius ab augurio tantis noua moenia Romæ
Faſtibus aſſurgunt: quantum nec priſca Quirinus
Extulit: aut Latij veſana potentia Martis.
Fulguret hic ſacro ter Maximus ore Sacerdos:
Quem Cyclas puro circumflua veſtiat auro:
Atq. humeros radioſa premant redimicula mitræ.
Illius ante pedes Romæ ſurgentis imago
Supplicet: & miti pacata Bononia Reno:
Et permanſuro ſedatus fœdere Mundus.
Addere fas Fratrem, tenerumq. ex Fratre Nepotem:
Quo veteris ſubnixa viget ſpes vnica gentis.
Tempus erit: propria paries quo laude laboret
Mole ſub ingenti factorum, & grandibus orſis:
Voſque coronatos felici prole parentes
Indicet: & niueæ referat veſtigia famæ,
Ad ſeros demiſſa trahens exempla Nepotes.
O vna ante alias ter feliciſſima Virgo!
O alios inter fortunatiſsimus Heros.
Sic tibi ſic, Virgo, patrij creuere penates:
Quos colit ampla domus: quos eſt mirata vetuſtas:
Queis tumet emerito promota Bononia faſtu.
Mille quid adnumerem fauſtis penetralibus arces,
Pictaque Maiorum certamina, & oppida forti
Victa manu, cæſoſque Duces, & opima triumphis
Signa: quid indignis ſeruatam cædibus vrbem:
Et profligato cædentes ære cateruas?

Bella-

Bellaque geſta Mari, trepidiſque micantia terris
Bella: quibus Veterum ſe nobile nomen Auorum
Tollit? barbarico quid ſpicula ſcabra cruore?
Quid referam ſuſpenſa iugo tormenta trabali,
Et Ludouiſijs deuota penatibus arma,
Telaque, & infixis horrentia ſcuta ſagittis?
Mille quid aſcribam titulos, & docta virorum
Ora? quid affines trabeas: coccoque ſerenum
Enarrem gentile decus: perque Itala Regna
Olim præclaro diffuſam ſanguine gentem?
Quantaq.centenos quondam complexa Nepotes
Inſerat Aethereo ſua nunc faſtigia Cœlo?
Illa olim fuerunt. mox pingere fortia Patris
Facta dabit virtus. Iam ſtridere in ignibus enſes:
Iam Chalybis video liquidas vndare lacunas:
Poſtmodo vulnificum fluere in fornace metallum
Et gemere impoſitis flammata incudibus æra.
Illa parant Hunnos aduerſo Marte rebelles
Frangere, Sithoniaſq. arces, Lunamq. minacem:
Victoremque Ducem, bellatriceſue cohortes
Siſtere concordi celſa in Capitolia plauſu.
Pingere erit fratrem:cui blanda per ora lepores
Rident: cui tenerum generoſo in pectore robur
Educat, ac nitidis miteſcens Solibus æuum
Regales patria ſubducit ab indole mores.
Purpureum pingent fraterni Syderis ignem,
Mulcentem miſeras meliori lampade terras.
Tu quoq. fœmineos inter,decus addita,cœtus
Scriberis Matrona tuo cum coniuge; circum
Dum plaudit gratas Natorum turba choreas
Gregorium pingent Cœliq.,Herebiq. potentem,
Tergemino ſacros cingentem ſtemmate crines.
O vna ante alias ter feliciſsima Virgo:

O alios

O alios inter fortunatiſsimus Heros:
Purpureos vocat in thalamos te, Nupta, Maritus:
Te fulcrum geniale vocat: cui ductilis auri
Ardet opus: ſolidoque nitet commiſſa metallo
Gemma; per auriferas quam protulit Hermus arenas:
Quam flauis Pactolus aquis: quam nutrit Hydaſpes:
Et Tarteſsiaco Tethys vallata profundo.
Puluinar te molle vocat: cui textile mira
Arte recurrit opus. Miti ſed tempora rixæ
Credita, quid rebus conſumis inanibus vltro?
Nox ruit, ò Virgo, tenebras Hymenæus hiulcat
Lampade; qualis vbi rutilat face matutina
Phoſphorus: obliquo qui iam ſubit Heſperus igne.
Nox ruit: & Paphiæ Cœlum tenuere Columbæ
Iam medium: tremulaſq. manu Venus aurea tædas
Concutit: & florum profundit ab Aethere nimbos.
Nox ruit, ò Virgo tacito noua ſydera Cœlo
Emerſere: nouis ornatur ſignifer aſtris:
Cynthiaque Oceano properat merſare iuuencos.
Cras liceat; medio cum Sol prope luxerit orbi;
Regalemque torum, thalamiq. nitentis amictum
Cernere; vt in Tyrio reſpiret ſtamine Clemens
Optimus: vt grato componat fœdere Reges,
Armataſq. manus, & Regna minantia Regnis.
Vt Padus irato ſub claſſe remurmuret oſtro:
Totaque in ambiguo rutilet Ferraria velo.
Illic & populos, & limina ſacra, recluſis
Poſtibus, & ficti feruentem Tybridis æſtum,
Nec minus Iſmarias acies, & rapta videbis
Signa manu, profugaſque rates, & roſtra carinis
Eruta, & effuſo ſtagnantia fila cruore.
Omnia quæ vario quondam maculoſa veneno
Pinxerat alma Parens: grato cui munere dextræ

Dd Exci-

Excidit ignoto radiata Bononia textu.
Ite triumphali præcingite tempora lauro,
Migrantes Helicone Chori. caua buccina cantu
Perſonet, & duro plaudentia tympana pulſu.
Seu libeat dociles alterno verbere chordas,
Seu plectro pulſare leui, fidibuſue canoris
Ludere; magnanimi iuuenis celebrate triumphos,
Permiſtos Heroas, & alta ab ſtirpe Nepotes.
Aſt ergo Romuleos inter grauis anſer olores
Septenis ferar vſque iugis inglorius: vda
Prorepam tellure libens, grauidaſq. paterni
Fluminis ad ripas, & rauco gutture ſupplex,
Vos ego ſæpe meo vos carmine compellabo.

DE

DE
LVDOVICO
CARD. LVDOVISIO.

EIVSDEM DITHYRAMBVS.

QVò per audentes Dea Dithyrambos
  Corripis vatem? mea nec loquaces
  Temperat cantus Lyra: nec iocoſo
  Carmine ad ſacras Heliconis vndas
Prouocat Cycnos,& Apollinares
    Impigra coetus.
Si per vmbroſos Tyberis receſſus
Luſimus quicquam; trepidante neruo
Luſimus; nec me iuga fabuloſæ
Phocidos notis aluere lymphis:
Neue certantem beat omnis æquo
    Gloria plauſu.
Voluenda ſacro verba ſilentio
Quid vltro cogis promere? languidas
  Ah parce vires, parce pectus
  Indomito furiare thyrſo.
Quis peruicacis neſciat Icari
Fatale nomen fluctibus additum;
  Dum fidit auris, & caduco
  Remigio male cautus exul?
Triforme ritu præſtat Athlantico
Subire pondus: præſtat Ibericos

Digitized by Google

Proferre fines,& laborem
Herculeo ſuperare niſu;
Quam ſi canoris ales oloribus
Ingratus idem Principis audiar
Sumpſiſſe laudes, & Quiritum
Gaudia debiliore plectro.
Sed me procaci quà furor impetu
Rapit volentem,nubibus arduis
Clarare ſulcos præpetibus iuuat
Pennis,inmerita fronde ſuperbior
Me dum Theſpiadum coetibus inſero
Seu Ludouiſium nomen Olympico
Scalpantem ſpatio: quà Marathonium
Spicatam in ſegetem ſydus inhorruit:
Qua pollet parili lance Dieſpiter:
Autumnoq. iubente,
Pleno copia cornu
Prono diffluit anno.
Seu quò furentem diſſipat Euhyus,
Inſanientis more Mimallonis,
Iuuat nigrantem viſere Memnona:
Quà Sol cornipedes æquore propulit:
Siue innocentis Regna Fauonij,
Quà ſol merſat aquis præcipitem diem.
Seu poſcat orbis me gelidum latus:
Quà ſæuit rabies incita fulminis.
Seu poſcat Auſtri me plaga mobilis,
Solis trita rotis, hauſta caloribus.
Seu bellicoſi compita Romuli
Septeno libeat ſparſa cacumine
Luſtrare curſu carmina diſpari
Plectentem numero; ceu vocat obuius
Bene ominata ad flagra Potitius.

Dotan-

Dotandas facili prole puerperas.
I Roma foelix omina concipe:
I Roma tanto lætior auſpice
Quò bella ducunt: quò decoras
Explicuit Ludouicus arces.
Quocunq. Nereus frangitur ambitu:
Quocunq. tellus fine recluditur:
Quocunq. Nereis marito
Credit opes, nebulaſq. Coelo.
Hunc Roma tanto ſub Duce præteri
Naſcentis vltra Solis originem,
Luciſq. metas, & gemelli
Verticis incolumes rotatus.
I, temne lenti marmoris impetum;
Intorta nigris æquora fluctibus
Dum fas, & ignotos voracis
Oceanī penetrare campos.
I, ſparge clarum nomen in exteras
Diuiſa gentes; dum licet Imperi
Iunxiſſe Regnis quicquid æquo
Stelliferum tegit orbe Cœlum.
I, iunge Diuis fœdera: Principis
Dum poſcit omen: dum tibi gaudia
Aeternat Aether: & tepentes
Luce fluunt meliore Soles.
Quam grata Coelo fulſit adorea:
Dum ſigna claræ gentis ab aureis
Spectanda vittis, & decorum
Explicuit Ludouicus oſtrum.
His Roma vittis quam bene priſtinas
Mutas ſecures: dum tibi Conſulis
Sæuiret armorum furenti
Arbitrio properatus ardor.

C 2 Inui-

Inuiſa tandem deſine lugubris
Orcheſtra ſaltus: deſine flebiles
Miſcere cantus, & cupreſſo
Laurigeras temerare pompas.
Funeſta Romæ ſecula ad intimas
Excluſa terras, ilicet, exulent
Hinc terror, infauſtæq. noctem
Cimmeriam repetant volucres.
Foecunda Romæ funera priſtinum
Sumentis æuum non ſemel Ilium.
Dijs reddiderunt: nec prementi
Dura ſemel peperere fata.
Sic è ſubacto barbara Pergamo
Pubes refixit caſtra: nec vltimum
Experta Troianis laborem
Funeribus, reuocauit Argos.
Teſtis doloſi claſſis Vlyſſei,
Damnata longo errare decennio,
Tentare cautes, & minacem
Sicania Polyphemon vnda.
Vides ne quali dignior alite
Romane ſurgas; Felſina dum tuos
Auguſta prætexit corollis
Pacis oliuiferæ triumphos?
Cernimus, quanto generoſa faſtu
Felſina aſſurgat: Dominæq. rerum
Vrbis amplexu metuenda totum
Subiuget Orbem?
Roma ò legum diua creatrix!
Diua ò legum Felſina nutrix!
Aemula claræ Felſina Romæ,
Felſinæ opimus Roma triumphus,
Vtraq. ſacras iungite dextras:

Necti-

Nectite mites vtraq. oliuas:
Hoc Duce certum iungite fœdus.
Qualem terris Felſina plauſum,
Qualia ſuperis Roma theatris
Spectacla dabis; dum face rutilat
Clarum Patriæ pignus amatæ,
Gratum Romæ ſydus alumnæ!
Flecte hic celeres Phoebe iugales:
Hac luce tuas abſconde faces:
Flecte hac volucres Luna iuuencos:
Hoc Sole tuas conclude vices.
Te Duce, Princeps, potiore dies
Lampade ridet: tibi nocturnum
Meliore liquet nectare Coelum.
Nullos patitur Luna labores:
Nulla bicornis tempora Lunæ
Minuunt certis menſibus ignem:
Certis ignem menſibus augent.
Placida ſemper frigora vernant
Tellure: nouis floribus halant
Prata: hinc pleno Gratia luxu
Geſtit triplici permiſta Choro.
Cornu ſemper diuite felix
Copia grauido depluit imbri.
Tibi declinant Gargara meſſes:
Tibi ſanguineo ſpumoſa lacu
Methymna tumet. Legit Heſperidum
Nobilis Aegle prima ſororum
Tibi ſtridenti ex arbore poma,
Turgida fuluo poma metallo.
Tibi foecundo prodigus ictu,
Pinguia ſudat balſama cortex.
Tibi tranquillo fœcunda gelu,

Theſſa-

Theſſala fingunt gramina Tempe:
Gramina pingunt roſida flores.
Tibi pellacis filia Ponti
Zephyros æqua lege miniſtrat:
Aura tumentis diſcolor Euri
Tibi nubigenas cogitat imbres:
Plumbeus iram temperat Auſter:
Mollia torquet frigora Caurus.
Lapſus tumidis Pactolus aquis
Tibi gemmiferas voluit arenas:
Gemmas riguo turbinat auro
Diuite ripa lapſus Hydaſpes,
Concha propinqui Solis ab æſtu
Matura, rubro in littore gazzas
Tibi rorigenis foetibus ornat.
Tibi ramoſæ germina ſyluæ,
Ceſpite ab vno virgulta virent,
Flexile patrijs vimen in vndis.
Quæ ſi credas mitibus auris,
Immite bibunt contracta gelu: &
Ceſpite in vno ramoſa rubent,
Nobile patrijs marmor ab vndis.
Tibi deſudant vellera Seres:
Tibi cognato purpurat Oſtro
Conchile iubar: quo bene Patriam
Magnæq. beas moenia Romæ,
Coeleſte iubar; dum bene rutilas
Latio, Princeps, clarus in Oſtro.
Tu vel duro ex ſemine belli
Legis ignotæ germina Pacis,
Pacis amator dum bella moues,
Dum bella fugis pace timendus.
Tu vel rigido Martis in æſtu

Gla-

Digitized by Google

Glauca premeris fronde Mineruæ;
Ceu fumoſæ in vallibus Aetnæ
Seges arcano creſcit ab igni.
Quid ò pennigeras vecta per auras,
Vndantes madido lumine fucos
Iris multifido circinat imbri?
Agnoſco ſuperos rebus in atris
Ridentes niueo fulgure terris.
Salue ò deciduæ nuncia Pacis,
Huc intende vagi fornicis arcus:
Hoc accende tuos murice nimbos.
Quae fama ad miſeras accidit aures,
Exundare ſacris Itala flammis
Regna? & barbaricis apta ruinis
Foedari innocuo tela cruore!
Quae tanta immeritae pabula taedae
Alecto properat?quae furiali
Exhaurit bibulas igne medullas?
Te non Heſperidum Rector aquarum:
Et raucis reſonae fletibus vndae:
Non te ſpumiferae ſtagna Paduſae
Non fouere lacus: hoſpita Pacis
Tellus inſolito pulſa furore
Quo te,quo genuit coniuge monſtrum?
Heheu ſuppoſitos cur Phaetontis
Ambuſtis cineres oſſibus ignem?
Cur Caelum veteres excitat iras?
En Diua quali turbine percitas
Rotare flammas in mare barbarum:
Fas:& laborantes in vſtos
Aethiopas geminare taedas
Proh quanta nobis praelia deſtinat
Thracum Tonanti inuiſa proteruitas?

Quan-

Digitized by Google

Quanta in rebelli peruicaces
Aequore ſollicitat furores ?
Deuota Mauris colla ſecuribus
Romanus vltrò ferret, in exteras
Effuſus vndas: dum feroci
Marte ruit furiale Monſtrum ;
Annoſa quantum montibus Appulis
Querceta nimbo excuſſa remugiunt:
Quantum procelloſis ab antris
Enceladi glomerantur ignes.
Sic belluoſæ Regna Britanniæ
Neptunus vrget:Nube Dieſpiter
Obductus atra ſic triſulco
Igne quatit violentus arces.
Iam cerno flammas ire per arduos
Mundi rotatus,te Duce,Principum
Princeps amator. Fulminantis
Italiæ fera bella Thraces
Impetunt. Sacras radiantis auri
Supplicum ritu fluitare vittas
Cernimus Cœlo procul,innatantes
Murice vittas
Cernimus duro trepidum duello
Boſphorum, & Neſti glacialis vndas
Cæde turgentes, tumidoq. in Hebro
Naufraga ſigna.
Vicimus.claros,Duce te, triumphos
Concinat Pubes:domitum Niphatem
Dicat, & noſtro minus ambientes
Aequore claſſes.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IN NVPTIAS
THADAEI
BARBERINI
ET
ANNAE COLVMNAE
AD
HIERONYMVM
ANNAE FRATREM
COMITIS IVLII CÆSARIS STELLAE
CARMEN.

ROMAE,
Apud Iacobum Maſcardum. MDCXXVII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN NVPTIAS THADAEI BARBERINI ET ANNAE COLVMNAE CARMEN.

QVOD tibi flos Iuuenum Hieronyme, Conopeum
Pingeret argata dum tua mater acu
Annos ante decem, quæ nunc quoque magna mariti
Mæſtities, ſtellas ſub pede læta videt,
Neſcia venturi, ſed quam tunc egit ab alto
Spiritus, ignaras edocuitq. manus,
Ipſa maritales tanquam præſaga, Columnas
Et mixtàs illic dædala finexit apes,
Haud temerè hoc, nullaq. actum ratione putandum eſt
Coniugij certum ſcilicet omen erat
Coniugij, quo ſe nunc BARBERINA COLVMAE
Aeterno tandem iungit amore Domus
Viuite conformes animis vt corpore iuncti
Digne Vir ante alios Virgine, Virgo Viro,
Qui ſortem obruitis Merito, Virtutibus annos,
Formam animo, morum nobilitate genus

Digitized by Google

Vtq. Socrus veſtræ nomen Matriſq. repoſcit
(Qua nec erit Mulier, nec fuit vlla prior)
Perpetuum ſibi CONSTET amor, qui mutuus æquè
Vriat in innumeros vtraque corda dies,
Et quæ de veſtro naſcetur ſanguine proles
(O Vtinam menſes ante futura decem)
Diſcat Aui à magno fortunam FRATRE gradusq.
Per quos is talem iurè meretur, eat,
Et referat recto per cuncta negotia paſſu
Nunc raræ notos integritatis Auos
Callida quos gemini Prudentia temporis auget,
Tutior armata nobiliorq. manu,
Et Patruus Sacri ſydus prælustre Senatus
Exemplar Soboli, quæ noua creſcet, erit,
Qui tumidus nullo tranſmittit inania faſtu,
Velaq. fortunæ contrahit ampla ſuæ
Intrà quam claudi generoſa Modeſtia gaudet
Nec fumum aut ſtrepitus Vrbis opesq. cupit
Gallus, & Hiſpanus, cum Ver tua duceret ætas,
Te ſtupuit morum Conſilijq. grauem,
Et quæ felices oculis introſpicit ægris
Ante pares alijs, te tamen aula probat,
Non vanum Veri nec ſpe lactare rogantum
Vota catum aut linguæ Pollicitiq. leuem,
Difficilemuè aditu, ſed qui poſcentibus, vltro
Occurras, iuſtæ præueniasq. preci:
Tuq. tuæ Soboli HIERONYME doctè Sororis,
Ceu ſignum, intenti quod tueantur, eris,

Tuq.

Digitized by Google

Tuq. tui natis ANTONI fratris, in altum
Virtutis montem grande præibis iter.
Moribus & magna medium Cruce candide pectus,
Maior an ingenio es? iudicione prior?
Te tibi laude parem gemina, præcurris vt annos,
Clarior accepto quærit & ambit Honor:
Illos exemplo plantas FRANCISCE nouellas,
Voceq. ceu puræ rore rigabis aquæ,
Cui fecit res nulla moram, quin ritè dicaret
A Puero, votis ſe tibi CHRISTE tribus
Et caput inuito Recti ſibi conſcia Virtus
Quàm ſacro texit murice FRATRIS Amor.
Vos qui connubio vitam ſumetis ab iſto
O Pueri, tantos ponè ſubite Duces.
Hæc maribus ſtet cura, ſuam quoque fœmina ducat
Progenies, Auijs, ſi licet, ire pares,
Vt vitam in ſimili LVCRETIA prole reſumat
Et cupiat fieri quod nequit, eſſe minor
Seq. bis in caris CONSTANTIA viuere cernat
Neptibus, & vinci, ſi modò poſſit, amet:
Felix ſorte tua Stirps alta COLVMNIA gaude
Affinem VRBANVS quam ſibi iurè legit
Iam tibi Pontificis Prudentia magna; Sororem
CAROLE ſancte tuam, quæ fuit ANNA, dedit,
Pæne ſuo geminam fratri, quo munere firmum
Preſtit humi, nuper quaſſa COLVMNA pedem.
Tu nil Pontifici poſt hac debebis, vt ANNAM
Laude grauem ac meritis, ceu fuit illa, refers:

At

Digitized by Google

At vos fœlices ter & amplius, aurea mittit
Sub iuga connubij quos modo ſanctus Amor
Parte ſui quinta, quod nectaris imbuit; ò Par
Nobile, cui nullos Vrbs habet alma pares:
Ipſe Deus, cui vos iuſtiſsima cura, COLVMNAE
Concordes ſtabili quàm bene iungit APES?
Si quis in hanc rabidos fortè exerit, atteret vngues:
Si quis in has, iuſtas experietur acus.

FINIS.

Digitized by Google

EIVSDEM.

DVM iungunt dextras THADAEVS & ANNA ſacrantq.
Ritè data fœdus connubiale fide
VRBANO coràm, qui vinclà iugalia verbis
Amborum, nunquam, diſſoluenda ligat
Quì modo deterſus nigræ ferrugine nubis
Haud iniucundo riſerat ore Polus
Lætitiæ compos pleno quam tempore luci
Ceu partum, ſtellæ dum coiere, dedit
Ecce repens multa fœcundum prole futurum
Coniugium effuſis præmonet vber aquis,
Doctrinæ quam multiplicis, quam copia fandi
Sanctaq. cœleſti gratia fonte riget:
Angelici cui pectus ament perducere rores
Quæ populos, lata ſub ditione, regat
Hæc fore prædicit venturi prouidus Aether
Non expectato, qui grauis imbre fluit
Quid non coniugio magnum ſperemus ab iſto?
Lucida cui Cœli ſigna DEVSQVE fauent:

Digitized by Google

Digitized by Google